

AB


52  $\frac{15}{8,28}$


00  
124



*Faint, illegible handwriting in brown ink.*

*Faint, illegible handwriting in brown ink.*





IN OB-

SCVRIORA ALI-  
QVOT CAPITA  
GENESEOS PHI-  
LIP. MELANC.  
ANNOTATA-  
TIONES.

*Argentorati.*

ANNO. M. D.

XXIII.

*De Discrimine Legis  
et Evangelii.*





AB 52  $\frac{15}{9,28}$

# NICOLA

V S GERBELLIVS STV=  
DIOSO AC PIO LE=  
CTORI SALVTEM  
IN CHRISTO  
IESV.



*N*emo mihi facile persuadebit, sua-  
uissime Lector, quenquam ex his  
qui uera rectaq; studia sequuntur,  
hoc maxime florentissimo seculo,  
tam ἀγρυμματον, tamque ἀμυ-  
στον reperiri posse, qui nesciat qua sublimitate, qua  
sermonis latitudiue Moses uir Dei, et ut scriptura eū  
nominat **תנב** **ו** **ו** **ו** orbis uniuersi in-  
uabula literis mandaritt. Quamq; a uero alienis  
si fuerint superioris etatis homines, qui res, nescio  
quas insectiles, infinitum, ignem, Oceanum, quinetiam  
et his foediora conditi mundi exordia fuisse tradide-  
runt. Quod si qui sunt qui uerum libenter audiunt, cu-  
iusmodi haec aetas nostra plurimos sane tulit, hi non  
suntentur in manus accipere sanctissimi uatis, castissi-  
mum hoc, grauissimūq; scripti genus. Visuri haud du-  
bie, quo discrimine, quanq; longo interuallo distet dis-  
crepetq; diuinus Spiritus a uanissimorum hominum

sensu, nempe ex meris glorijs, opinionibus, nugisq; cō-  
sutorum. Nam cū impurissimi Hypocritæ diuinitatis  
secreta rimari conarentur, uani facti sunt, impuden-  
tissimiq; conatus cæcitate pœnas dedere. Sed ut ad Mo-  
sen redeam, priora capita, PHILIPPVS Melancthon  
uir omnibus titulis (nolo enim clatius quidquam  
de modestissimo homine dicere) dignus, Annotationi-  
bus illustrauit, uel quod cæteris obscuriora sunt, uel  
quod interpretandi series eousq; ipsum deduxerit, idq;  
pari facundia atq; facilitate. Quanquã quales et quã-  
te sint, malo tute uigi lectione cognoscas, q̄ quod diuti-  
us remorer ego studia tua, quando quidem et si maxi-  
mas dixerò, maiores inuenies legendo. In summa  
τὸ κέντρον ἐγκυκλίου τοῦ ἀκρωμένους.  
Quod sanè tu fateberis, si multorum exemplo has tibi  
familiaris feceris. Vale foeliissime. Argent  
Anno M.D. XXIII.



# IN GENE

SIN, PRAEFATIO PHIL.  
MELANCHTHONIS.



**P**RAETER QVAM quod  
Genesis rerum conditionem indi-  
cat, ad hoc ea potissimum utendū est  
ut inde discas originem peccati, &  
primam gratiae promissionem, ex  
quibus duobus locis postea uniuersa pendet scriptura.  
Sunt & exēpla prodita, in quibus tum irae filios, tum  
gratiae filios adumbrat: timorem Dei illorum exem-  
pla docent, hi fidem. Quod enim inuenias tristius exem-  
plum diluuiō, aut Sodomitum exitio? & qui po-  
terit erigi confidentius fides, quā si consyderes, quā  
blande, quā suauius, & tamen in cruce, filios gratiae  
tueatur? Mihi certe nullis blandioribus exemplis  
Philosophyā suam testatus uidetur.

## DE CONDITIONE RERVM.

Vt & conditione rerum ordiretur, non historiae tā-  
tum ordo postulabat, sed & ipsa docendae pietatis ra-  
tio, quia hoc caput omnium quaestionum est: Sit ne Deus.  
Sint ne à diuina aliqua ui, haec condita. Regatur ne ali-

A iij

*Ardorem  
Christi er-  
ganos non  
aliunde ar-  
tius agno-  
scas, quā ex  
historia de  
Ioseph, qui  
tandem dū  
se inimicū  
diutiusimus  
lare nō pos-  
set, in lac-  
rymas p-  
rumpit.*

PRAEFATIO.

Roma. 1.

1. Corint. 1.

Missas fac  
sophisticas  
imaginatio-  
nis de crea-  
tionis rela-  
tionibus.

Psal. 21.

*De fide creationis*

quo diuino numine. Et hoc apud est ignorantia et im-  
pictatis humane, quod comprehendere non potest res-  
rum uel conditionem uel administrationem, sentitq; res  
temere ferri, nasci, interire, redire etc. Roma. primo,  
et prima Corinth. primo. sic in uniuersum sentit ca-  
ro, ut maxime aliter doceat hypocrite. Et ueteres qui-  
dem Theologi contenti fuerunt Ecclesiam contra phi-  
losophica dogmata armare: contra hypocrisin non item  
Ita factum est, ut eneruaretur uerbum spiritus. Nobis ca-  
contra hypocrisin utendum est, ut quando de conditione  
rerum loquitur, intelligendum esse uerba uiua potentia  
etc. iuxta illud: Dixit. Et facta sunt. Ita quando Deus  
tangit cor nostrum fide creationis, et ostendit quod ex  
se, in se, et per se sint omnia, erigitur cor fiducia erga  
deum, sentitq; se de manu Dei adaperere omnia, et illi  
omnia resignat, siue uiuat, siue moriatur. Et uideo non  
alium locum esse, in quo se mirabilius fides exerceat,  
quam hunc. Nam hic demum in obscurissimas tenebras  
ingreditur, sic sentiens: Ecce tu condidisti me, idq; sine  
meo consilio, sine mea opera: Ita inuicem egentem, mori-  
entem etc. subleuabis. Sic CHRISTVS Psalmo  
uigesimo primo. Tu es qui extraxisti me de uentre ma-  
tris mee. Et centesimo tertio. Dante te illis colligent etc.  
Et Hebraeorum unde amo. Fide intelligimus aptata esse  
secula. Quomodo fit autem ut haec cognoscamus? Respon-  
deo. Mortificata sapientia carnis per crucem. 1. Cor. 1.

## PRÆFATIO.

Litera sententiæ de creatione, est hypocrisis & opinio carnalis de conditione rerum. Spiritus autem est fides: hoc est, certa scientia cordi à Spiritu sancto indita qua sentimus amplitudinem bonitatis diuinæ, effundētis se in omnes creaturas: & confidimus inde nos adcepturos omnia bona corporalia & spiritualia, atq; ita fidentes nos illi permittimus siue uiuamus siue moriamur, iuxta illud: In ipso sumus uiuimus & mouemur.

Literam norant illi de quibus Roman. (mur. primo. Cognoscentes Deum non sicut Deum glorificauerunt, Et prima Corinthiorū primo. Non cognouit mundus deum per sapientiā. De spiritu ad Hebræos loquitur. Fide intelligimus cōdita secula, uerbo Dei, ut inuisibilia, uisibilia adparerent, id est, ut potentia & diuinitas appareret in opere creatoris. Porro hæc fides cū credimus omnia regi diuina prouidentia, nihil temere ferri: est ipsissima mortificatio rationis nostræ, negantes esse deum, aut nostræ Deo aut esse. Hæc de præfatione in Genesin.

## IN PRINCIPIO.



E principio multa fabulati sunt, & pro eo quod est, in principio, quidā in filio legerunt, ut & Hieronymus indicat: nos simplicissime me literā sequemur, ut debemus.

Acto 17

Roma. 1.

1. Cor. 1.

Hæc est uirginitas.

Mortificatio rationis

ANNOTAT. PHIL.

Tempus est siquidem ea sola facit ad edificandam fidem. Primum  
 ipse cursus. primum significat exordium temporis & rerum. Ergo  
 lapsus rerum cum ait, In principio, significat ante rerum conditionem  
 æternum fuisse Deum, non enim in hoc principio Deus  
 factus est. Porro sicut incōprehensibilis est rationi, re-  
 rum æternitas ante principium. ita & post finem, incō-  
 prehensibiles abyssus sunt. Fides autē quæ capit Deū,  
 & sentit ante omnia in omnibus, & post omnia esse De-  
 um, abyssos hos ingreditur gestata uerba dei, uelut  
 utero, sicut Esaias dicit, ut uel hinc adpareat, quid sit,  
 quod in Hebr. ait. Omnia portans uerbo Dei.

Isa 46  
 Hebr 1

CREAVIT.

Cum de creatione dicitur, non est imaginandum  
poetæ, quod tum tantum cōdiderit prima rerū cor-  
pora & semina, nunc ea sinat ferri sponte, pro sua cu-  
iusque uel natura uel industria: Sed sicut à deo condi-  
ta sunt prima corpora, ita sentias omnia condi, seruari  
& regi. Atque hæc rerum administratio incompre-  
hensibilis est rationi, si dei autē certissima est.

16

Varia opinio-  
 nes.

Sunt qui tituli uicē exponunt hoc, In principio crea-  
 uit Deus cælum & terram. Quasi uelut Moses genera-  
 li propositione & titulo, cōplecti totam creaturā, qua-  
 si diceret, Cælum & terrā, id est omnes creaturas cæ-  
 lestes & terrestres, quos mouet, quod firmamentum

MEL. IN GENESIN.

secundo primum die conditum est, & adpellatum coelum. Iam & uulgato more in scripturis, coeli & terrae nominibus omnes creaturae ueniunt. Ego sic sentio *ΑΙΝΥΧΤΙΚΩΣ* exponendum esse. non tituli uix, ut intelligas primum opus & primi dici opificium fuisse coelum & terram.

Nam quia ratio lectionis postulat, ut de terra ita sentias, quod in principio creata sit ante lucem. cogimur ut idem de coelo sentiamus. Nam & postea inquit, non fiat terra, sed adpareat ex aquis. Sed obstat quod secundo die firmamentum conditum est, quod & diu & esse coelum nihil est quod dubitemus. Mea sic est ratio primum omnium esse condita corpora, quae locus & receptaculum aliarum creaturarum essent

De terra non est quod laboremus, quia eodem ubique nomine signat. De coelo non conuenit. Mihi simpliciter uidetur, coelum quoddam conditum, quod postea abyssum id est, obscurum quoddam aqueum corpus uocat, cum ait Terra erat inanis & uacua, & tenebrae erant super faciem abyssi. Vult enim significare obscura fuisse, & tenebricosa illa corpora quae condiderat, terram & abyssum seu coelum. Deinde idem coelum, quod primo die conditum est, factum esse firmamentum, & digestum esse in tot orbes: Ita ut non creatura, sed ornatus creature describatur secundo die. Non enim dicit fiat coelum, sed fiat firmamentum seu extensio, id est, fiat illa celo-

Coelum.

Vt loquitur  
tur prophe-  
ta, Exten-  
dit cœlum.

אֵימָו  
quæ sunt  
aqua.  
Chaos Pla-  
tonicum.

Vsus.  
ps. 103.

Hiere. 5.  
c. 10.

rum compages & dispositio, quã nunc ærnimus. Nam  
alias nusquã narrat cœlorum seriem cõpositam, &  
quod secũdo primum die cœlos adpellauit nihil obest  
Nam & tertio primum die uocauit aridam terrã. Sic  
ergo sentio, primo die cõdita esse hæc corpora, cœlũ  
quoddam obscurum, quod esset reliqui opificij recep-  
taculum, & terram, & in adpellatione cœlorũ aquam  
comprehendit. nam cœlos esse aquam, etiam Hebræi  
nominis affinitas declarat. Et cum cœlũ & terram &  
aquã dico, intellige solida ac integra corpora, non cha-  
os Platoniam, aut matericm rerum, quam finxerunt  
prorsus informem.

Iam & hoc obseruandũ est, quod hic Moses de so-  
lis corporalibus creaturis scribit, nihil de spiritibus,  
sed Propheta opus creationis latius postea exposue-  
runt, ut est ærnere Psalmo centesimo tertio. Et hæc  
quidẽ de historia, quam frustra audieris, nisi fide sen-  
tias Deum esse infusum intra creaturas seruare eas &  
administrare &c. Hic usus creationis doctur à Hie-  
renia capite quinto & deamo, Hactenus de conditi-  
one primarũ corporum, nunc sequũtur cause cur re-  
liqua condita sint. Hieronymus duo hebræa duobus  
synonymis reddidit, Septuaginta Interpretes, inuisibi-  
lis & incõposita, ea exposito multũ negotij fecit Au-  
gustino, Chaldæi uasta & uaua, quẽadmodũ & nunc  
Iudæi exponunt, & ego naturam uocum hebræarum

MBL. IN GENESIN.

recte reddi iudico. Estque sententia, Terra erat uasta  
id est, incomposita, immixta aquis, nullo dum certe loco  
consistens. Et uacua, id est, nō dum tecta plantis, nihil  
dum gignens. Primū ad terrae figuram pertinet, secun-  
dum ad uim gignendi. Docet autem Moses quod sicut  
per se se gignere nō potuerit, ita nec per se se perfici,  
et ut ante de conditione diximus, ita nunc de rerū cō-  
seruatione et perfectione dicendum est.

Philosophi docuerunt eam esse terrae naturam, ut  
si extra suum naturalem locum dimoueatur, sua spē  
relabatur ad locum suum, ut in saxo adparet. Hic  
ostendit Moses non esse naturam terrae hoc uel illo lo-  
co subsidere sed uoluntatem, dei qui ei definiuit locū,  
sicut postea dicitur.

Item nemo philosophorum non putat esse terrae natu-  
ram, quod seminibus in eam coniectis gignit plātas.  
At Moses dicit terrā uacuam fuisse, id est, cum iam con-  
dita esset adhuc immixta aquis circumlatam, et nihil  
gignere potuisse. Ergo quod talis est terra, quod credi-  
ta semina cum foenore reddit. nō terrae naturae est, sed  
uolūtas Dei est: et hanc immensitatem Dei undiq; se  
in omnia effundentis qui capiat humana ratio?  
Et recte quidem terrae uastitatem et uacuitatem tri-  
buit, abysso tenebras, nam et terra est quae gignit: cœ-  
lum corpus lucis capax, ideo ait, et tenebre erant supra  
per faciem abysse.

Terra uas-  
ta.  
Vacua.  
wüst/leer

Philosopho-  
rum opinio  
Moses.

## ANNOTAT. PHIL.

Abyssus  
aque.

Abyssus aquae sunt, quae coeli & receptaculi uicē erant, nam de eo arte corpore loquitur, cui postea lux indita est. Atq; hic iterū docemur non natura corporibus congenitam esse lucem, sed uolūtate Dei inditam, ut sciamus non initia tantum, sed & conseruationē corporum Dei opus esse.

*de iustifica-  
tione hęc*

Hic serē de iustificatione hominis & noua creatura discretur, quomodo euacuari carnem & tenebras fieri in nobis oporteat, ut reficiamur spiritu & luce dei, recte quidem illi, sed hęc nos suo loco capite ter-  
tio dicemus. Cæterum fateri necesse est, eandem esse rationem creandi & recreandi, sed hic Moses hoc potissimū docebat, quod Apostolus ait. Omnia ex ipso, per ipsum & in ipso esse, ut discamus confidere enim cui sanus creaturas aeræ esse.

Spiritus  
dei.

### SPIRITVS FEREBATUR SVPER AQVAS.

Hęc de aquis diāt, quas abyssus illa intra se continebat.

Spiritus Dei in scripturis spiritū sanctum significat, idco non exponemus de aere, nam aer aqua est: & pro ferebatur, fouebat, legūt Basilius, Ambrosius & Hieronimus, & Syrum quendā testem atat Basilius. Atq; ita idem hic docetur quod supra, conseruationē aquae nō naturæ esse, sed spiritus San. incubātis aquae.



MEL. IN GENESIN.

Et hæc de causis sequentium operum.

ET DIXIT DEVS.

Sequitur creatura seu opificij  
mundi dispositio.

Ex hoc loco ferè accepta sunt quæ de uerbo dicuntur  
Psalmo trigesimo secundo. Verbo domini caeli firmati  
sunt &c. Item: Ipse dixit & facta sunt. Et Iohannis pri-  
mo. Omnia per uerbum ipsum facta sunt. Et Hebræo-  
rum primo. Portans omnia uerbo uirtutis &c.

Dicere, est parere uerbum aliquod, & quia ante  
omnia sese considerat pater, & in consideratione suæ  
potentie ordinem & rationem omnium, quæ condi possunt  
Ideo Verbum parit, quod & imago patris est, & ip-  
sissimum consilium faciendi omnia &c. Per hoc Ver-  
bum & condita sunt omnia, & seruantur omnia, & re-  
nouantur omnia. Idcirco Iohannes in eo ait esse uitam  
& lucem, sicut in hoc textu uidemus lucem & uiuentia  
per uerbum condi. Dicemus ergo hic præter cætera, quæ  
oporteat esse uerbi incarnati operationem in corde nostro  
nimirum condere nouam uitam & nouum lumen, iux-  
ta Psalmum centesimum sextum. Misit uerbum suum  
& sanauit eos. Ita facile intelligi poterit, quid Iohannes  
secutus sit in Euangelij sui principio. Cæterum de uerbi  
potentia uide Psalmum uigesimum octauum. Habes quid  
sit quod ait, dixit, id est, Verbum effudit, quod est eius

Psal. 32.

Hebre. 1.

Ioh. 1.

Hebræo-  
rum 1.

Nō est sim-  
plicitate co-  
gitare, sed  
paulo plus.

Psal. 106

Psal. 28.

Dixit.

ANNOTAT. PHIL.

consilium condendi omnia. Sed hic mirari quispiam  
possit, cum per uerbū omnia condatur, cur non et su-  
pra addiderit, dixit, et creauit coelum et terrā: ego  
missam non uideo, nisi forte Verbi naturā Moses in-  
dicari certius ita putauit, penes hoc, quod tum demum  
sciat eius mentionem cum lucem describeret. Certis  
enim Verbum lux est, et splendor paternae gloriae,  
et illa ipsa illuminatio uultus Dei, quam sic ubiq; uo-  
cant prophetae. Nam creaturae sic describuntur, ut ex  
eis disa diuinitas debeat: sicut et antea Spiritum san-  
ctum supra aquas ferri scripsit, ut eius naturam nobis  
indicaret aliqua parte: et huc respexit Iohannes, cum  
uim illuminandi Verbo tribuit.

Aquae con-  
iunguntur  
spiritui.

Lux.

Lux quid sit, aeri rectius potest, q̄ diu, estq; illa ip-  
sa claritas quae aernitur, quae omnia ostendit, sic et in  
corde nostro, clara ostensio, lux est.

ET VIDIT DEVS LVCEM  
QVOD ESSET BONA.

Id est, adprobauit. Porro adprobatio, est eius conser-  
uatio. Ita iterum uides non condi tantum res, sed et ser-  
uari a Deo. BONA, id est, cuius esset aliqua in  
creaturis utilitas. Nam omnes creaturae, aliqui officio  
seu ministerio destinatae sunt.

ET DIVISIT DEVS LVCEM.

A uespere ad mane supputatur dies, tum ut intelli-

## MEL. IN GENESIN.

ganus in hoc signo omnia ex tenebris, & nihilo progressa esse, tū ut uniuersaliter intelligamus opera Dei a nihilo ad esse progredi creaturarum &c. Item uices diei & noctis, somni & uigiliarū, haud dubie significationes sunt, mortis & resurrectionis.

Tenebrae  
non sunt cō  
ditae q̄ ni  
hil sunt.

### DIXIT.

Idem uerbū est quod paulo ante diximus esse consilium patris, hic obseruabis egregiam sententiam Secunda Petri tertio, ubi docet & conditionē & cōseruationem, & durationem caelorum in uerbo Dei consistere reprehendit enim impias cogitationes de natura rerū (sic enim cogitat ratio) hi motus, statim sunt & regulares, hic naturae cursus est, quem uidemus: quid ne go aiij esset Deo. cum tam minutis & uilibus creaturis, res quaeq; pro sua natura fertur &c. cōmentū est de die nouissimo &c. Has dico rationis nostrae cogitationes reprehēdet, inquiēs: Immo Verbo Dei cōsistūt caeli, nō natura sua, & idem uerbum Dei est, quod praedicatū est uobis de die nouissimo, de renouanda creatura: ergo tantisper caeli durant, donec Verbo cōseruantur & pulcherrima uox ibi usus est, ut thesaurus repositi uerbo. Idem est in psalmo cētesimo quadragesimo octauo. Statuit & non praeteribit. Ita uides urgere scripturam, ut discamus, & omnia in manu Dei esse, & postea considerare Deo, & timere deum.

2. Petri. 3.

Vt musca.

Psal. 148.

ANNOTAT. PHIL.  
FIRMAMENTVM  
SIVE EXTEN  
TIV.

**Psal. 103.**  
**Ex Hebre.**  
Haud dubie significat illā orbium compositionē & distinctionē, quæ nunc est: & sic huius dici opus à primo opere distinguitur, quod primo die conditi sunt cœli, aquea quedam molcs &c. quam hic opinor uocari aquas, supra cœlos. Secundo die digestos esse, hos orbis inter aquas: iuxta Psalmū centesimum tertium. Extendens cœlum sicut pellem, laqueans inter aquas altitudinem eius, nam cœli sunt aquea corpora.

**Ezechie. 1.**  
Quia Ezechiel primo capite scribit se supra firmamentum uidisse thronum, & in throno sedentē uelut hominem: intelligamus aquas supra cœlos locum illum qualis qualis est, ego acrem esse iudico.

Quod hic locus est, hebræis rectius statio est, ut significat ad Verbum dei, constitisse aquas, etiam nullo cōmodo receptaculo. Quis enim aquarū receptaculū aestimet? Huc illud Prouerbiorū octauo pertinet: Legē ponebat aquis ne trāsirent fines suos. Et prouerbiorum decimo. Qui collegauit aquas &c. Sic de terra cōsistēte in aquis. Sicut in prouerbijis ait. Ad pēdebat fundamenta terre &c. Hæc cum consyderant Sancti, aquas, terram suspensas esse Verbo Dei, certe intelligunt omnia diuinitus regi, seruari & donari. Et uidimus exempla  
ubi aque

## MEL. IN GENESIN.

ubi aque cesserunt uerbo dei contra naturam, sicut in diluuiio in profectioe ex egypto.

### VIDERE QVOD SIT BONVM.

Est aspectus seu decretū Dei ordinantis creaturā ad utilitatē aliquā, sicut infra de homine latus dicemus.

Primum hic obseruabis uanum esse cōmentū philosophorū, quod de ordine caussarū et de fluxu syderū prodiderūt. Nā ante astra cōdūtur plāte, quas possimū nasci et seruari uirtute syderūe existimauerūt.

Quod non simpliciter dixit herbam aut lignum significat non naturam herbe esse, aut ligni semen genere, sed Dei donū esse, ut Matthaei .6. dicitur, Foenū agri ue stit: et eodē loco uidet, quomodo creationis argumento Christus ad confirmādā fidē usus sit.

Matth. 6.

Item quod dicit facientē semen, nō eo pertinet, quasi seminis natura sit gignere, nam Verbi Dei est. Dicit enim Christus, pater ue stit: sed ideo sic loquitur, ut doceat creaturas esse instrumenta in quibus operetur. Quod si res tantillas administrat et saluat, cur non animas etiam nostras reget et saluaret? Ideo minime iste creaturae condite sunt, ut significaret uelle se in uilibus et abiectis rebus operari.

Pater operatur in uerbo.

In hoc opere disputari solet, quomodo cum antea lux creata sit, et distinctus à nocte dies, iā in hoc soli tribuatur. Basilus respondet antea conditam esse lucem, nūc lucernam, et illius lucis uelut cādelam.

## ANNOTAT. PHIL.

**Nazianzenus.**

Nazianzenus penè explicans quod à Basilio dictum est, ait primo die lucem esse cōditam, diffusam passim in totam uniuersitatem mundi, quæ postea æu undiq; collecta coacta sit in solem.

**Ambrosius**

Ambrosius aliam lucem esse, quæ primo die, aliã quæ quarto cōdita est in sole putat. Ego sic sentio, et lucẽ primo die conditã esse, et diei noctisq; discrimina, Deinde die quarto additũ esse Solẽ lumẽ clariorẽ, et diei discriminatorẽ cognobiliorẽ, Fuerũt ante Solẽ certe orbẽs ante cælestes, quos lucidos esse etiam si uiderent, Sole aut stellis uerisimile est.

### SINT IN SIGNA.

Hic palã redarguũtur Philosophi, qui uim quãdã syderibus tribuũt, defluẽtẽ i rerũ inferiorũ corpora cũ scriptura dicat ea esse tantũ signa: sed hic laboratur, quarũ rerũ aut quorũ euentuũ signa sunt? Respõdeo, corũ ad quæ is instituit qui cōdidit, et ille se exponit in lege, cũ uetat predictiones humanas audiri in Euãgelio, cũ inquit. Erũt signa in luna, significat indicari magnas calamitates p̄ eiusmodi signa. Sunt ergo stellæ nõ auctores, sed signa, et signa nõ omniũ euentuũ, sed corũ ad quæ deus ordinauit, quorsum ordinauit hæc signa, sciri nõ potest nisi è scripturis. Porro scripturæ docẽt signa esse operũ uel euentuũ, sicut uocant naturalium seu temporum.

### VICES TEMPORVM.

MEL. IN GENESIN.

Hic uero pulcherrimū opus sapiētiæ Dei, & di-  
scrimina motuū orbiū celestiuū indicātur: Sed & hic  
obseruabis motibus orbiū nō res, sed tēpora uariari.

QVINTVS DIES.



Quod ex aquis uolatilia produxit,  
id est, quod ante dixit, aer ē aquam  
esse. Iā inter natātia et uolatilia ma-  
gna cognatio est, qd' eodē modo in  
iūo elemēto utraq; ferātur: deinde  
multis auibus & natāre & uolare cō-  
assum est, si-  
cut Mergis & similibus quæ ad aquas uolunt.

Dignissimū obseruatu est, qd' quāq; aquis præcepit, ut  
producerēt tamē postea subijāt, creauit deus, ut signi-  
ficet omnia nascētia, quāquā naturali modo gigni ui-  
deātur, tamē diuina ope cōdi. Sic nobis inculcat adau-  
rate Moses omnia fieri arbitrio & uirtute Dei.

VIDIT QVOD ESSET BONVM.

Prima utilitas omniū creaturarū est, qd' condite  
sunt ad declarandā auctoris gloriā. Ideo q; in singu-  
lis animātib; præter alia cōmoda singula fere uitæ  
exempla, itē significationē tū potentiaē tum potēstatis  
suaē prodidit. Et quia de uenenatis potissimum quæ-  
ri solet, primum consyderabis, nullum esse uenenum  
cuius non sit aliqua insignis commoditas. Deinde  
quā uilibus bestiolis quanta sæpe conficiat Deus,  
ut cū uides solo aspectu aspicias, necari robustissima

Hoc nō est  
simplex,

Scorpens.

tem 11  
den 17

corpora: cōsiderabis quā horrēdus sit aspectus au-  
toris, si irascatur. In leone manifesta seuitia aduersū  
seus & repugnancia, manifesta clementia erga imbe-  
cilles, Et huc pertinet discrimina animātū, quæ sunt  
in lege, ubi alia conceduntur, alia interdiciuntur, Ceterū  
q̄ sit utilitas ex pisibus, ex capite nono adparebit, ubi  
primū deus ius fecit hominibus uescendū animāibus

DIES SEXTVS.



Lenissimus hic locus est multis &  
euangelicis mysterijs, propterea  
singulas eius partes ordine exequ-  
mur & primāpio intelligamus hic  
loqui Moſen de homine, qualis cō-  
ditus est in corrupto & gerēte imaginem Dei.

I De alijs animāibus inq̄t, producat terra producāt  
aqua & c. de hominis ortu ait, Faciamus & c. ut signi-  
ficiet aliter nasci et nutrire alia animātia atq; hominē.

II Quod dicit Faciamus, certa nota est Trinitatis. ne-  
que hoc temere est, quod Trinitatem indicat, cū de ho-  
mine condendo loquitur, nam antea dixit: Fiat lux.

III Ad imaginem & similitudinem nostram, hebrai-  
ca, In imagine nostra secundum similitudinem nostrā.

Nondum apud me constituit quid uelit sibi hæc lo-  
quendi figura, de sententia conuenit hominem esse ima-  
ginem Dei, quod quid sit paucis exponendum est.





MEL. IN GENESIN.

Sunt qui rationem imaginis eō referunt, quod homo presit alijs creaturis sicut Apostolus uidetur dicere prima Corinthiorum undecimo. Vir est imago et gloria Dei, id est, vir presit.

Que sententia quāquam mihi non satisfacit, tamen in eam cadit quoque quam nos sequimur

Quid sit imago ex quarto Ephesiorum intelligi potest, cum inquit: induite nouum hominem, qui secundū Deū creatus est, in iustitia et sanctitate ueritatis. Et ad Colossenses tertio. Renouatur in agnitione Dei secundum imaginem eius qui creauit eum. Et secunda Corinthiorum tertio. Nos omnes reuelata facie gloriam domini specularantes in eandem imaginem transformamur. Est ergo imago Dei, natura perfusa sapientia et iustitia lumine et gloria Dei. Et hinc intelligis qui fuerit status primæ conditionis, et qua gloria exaderimus, nūc caro nihil nisi carnalia intelligit aut querit et c

Et quia talis fuit homo, ideo presectus fuit omnibus creaturis. Ita uides priorem sententiam cum hac conuenire: et de hoc imperio Psalmus loquitur, Omnia subieasti sub pedibus eius. Nam quod in Adam amissimus, per CHRISTON recuperatum est.

Et quid sit esse dominos omnium creaturarum, notum est. Est enim omnibus creaturis ad salutem uti, nulli creature subijci posse, sed soli Deo subijci: de hoc imperio ad Romanos octauo loquitur Paulus, Consi-

IIII

*Imago qd in*

VI

Magno tamen discrimine recuperatum est. Est esse in Deo

VII.  
Vaticaniū  
de Christo,

do quod neq; mors &c.

Quae hic dicuntur de imagine et de imperio in cre-  
aturis, nō dubium est quin ad ~~CHRISTVM~~ per-  
tineant, qui & perfecta imago est patris, & sedet à  
dextris patris &c. Ita uides omnia esse condita in  
~~CHRISTVM~~, ~~CHRISTVM~~ uero factū esse  
ad declarandam magnitudinem gratiae & misericor-  
diae patris &c.

Fides

Quando in uniuersa scriptura omnia sunt ad fi-  
dem & charitatem referenda, discas ex primo capi-  
te, fidem in eo quod condi, seruari, ali & regi omnia  
manu Dei scribitur. Nam cum humanae impietatis ca-  
pax sit ignoratio dei, qua cogitamus omnia nasci & e-  
uenire naturali quadam dispositione: nec curari res tā  
uiles à Deo: Neesse est uerbo dei fidem aedificā-  
mus, qua credamus & cōmittamus nos ei; hoc Chri-  
stus ait Matthaei de amo. Vestri capilli capitis omnes  
numerati sunt. Huc pertinet totus Ecclesiastes. Prae-  
terea & ~~CHRISTVM~~ discas, cum scribitur ad  
similitudinem & imaginem Dei conditum esse homi-  
nē, cui imaginis nos restituit ~~CHRISTVS~~, qui fuit  
natus & propria imago patris. Sunt et alia de Ver-  
bo, de Spiritu sancto, quae suo cuiusque spiritui medi-  
tanda relinquo.

Caritas

Caritatem hinc discas, quod omnes creaturas usui  
aliqui destinatae, cum inquit, Vidit Deus omnia quae con-

MEL, IN GENESIN.

didit, & erant ualde bona: Quae sententia primum  
hoc docet, gloriam Dei, potentiam & misericordiam  
in singulis creaturis representari, sapientiam in dispo-  
sitione orbium caelestium, potentiam uultus irae eius in aspi-  
de etiam aspectu necante, misericordiam in plerisque  
ut in pullis coruorum. Deinde iubet ut singula singu-  
lis per sua dona seruiant, de lege naturae uarie dispu-  
tatum est à multis: mihi non aliter posse rectius expli-  
cari uidetur, quam hic expressit Moses, Decretum  
Dei esse legem naturae, ordinantis singula ad gloriae  
suae ostensionem, & ad mutuum obsequium inter cre-  
aturas: ut si de homine loquaris, homo conditus est ad  
imaginem Dei, Et uidit Deus bonum esse opus quod fecer-  
at, id est ordinat hominem ad imaginem illam conser-  
uandam: & cum imago dei sit perfusum esse lucem &  
cognitione Dei, ordinatur homo ad cognoscendum &  
glorificandum Deum. Deinde, quod uidet bonum opus  
esse, destinat utilitati creaturarum, ut mutuum obse-  
quium alij alijs praestemus. Item lex charitatis ex-  
pressa est, cum iubet crescere & multiplicari. Nam  
cum gignere iubet, certe excolere praecipit quae genui-  
tus. Ita inter se omnes homines necessitudine geniturae  
cohaeremus. Iam in Hebraeis pro crescere est fructifica-  
re, quod ad omnia obsequia pertinere uidetur.

Sequitur Caput secundum.

B inij

*Lex natu-  
re.*

*Lex char-  
itatis*

CAPVT SECVNDVM.



**I**n scripturis de Sabbato passim multa leguntur, quae ex hoc loco uelut ex fonte deriuata sunt. Primum autem hic queritur, quomodo septimo die quiescit, cum tamen perpetuo creet, iuxta illud in Iohanne. Pater meus usque modo operatur.

Joan 5  
Acto 17

Et in Actis. In ipso sumus, uiuimus & mouemur. Respondeo primum, hanc requiem esse accipiendam sic, quod non perrexerit plura genera rerum condere, quam enumerata sunt, adeoque quod conquiescat Deus in hoc opificio. Ita certo sentimus, non plures esse aut futuros mundos, hunc solum esse hominum ortum et lapsum, hoc solum esse hominum genus, ad quos Christus pertineat, quod expectet consummationem saeculi & iudicium.

Item ideo descripsit creaturas, & finiuit opus die septimo, cum iam omnia homini subiecisset, ut certo sciremus omnia nobis subiecta esse, siquidem nulla alia genera creaturarum erant condenda: hoc dominum in Adam amissum, in CHRISTO recuperauimus. Postremo ideo conquiescit in hoc opificio, ut sciamus hoc esse opificium, quod glorificandum sit.

Requies finit genera creaturarum, sed haec non consummatur, nisi ubi nihil prorsus operatur Deus, &

MEL. IN GENESIN. *De Sabbato*

creaturæ intereunt. Earegcs est CHRISTI, q̄ De  
us est, morientis & quiescentis Sabbato in sepulchro  
& uere sabbatizantis: significauit ergo Moses hoc ue  
rum Sabbatum Dei. Præterea hoc sabbatum Dei, &  
interitus creaturarum benediatur & sanctificatur.  
ergo nõ sic intereunt creaturæ, ut nõ renouentur. sed  
ut ex hoc interitu renascentur glorificate & sanctifi  
cate.

*Eae q̄ factus  
audus hic  
locus.*

Et hoc est quod Exodi uigesimo præcipitur sancti  
ficatio Sabbati, scilicet ut credamus Sabbatũ CHR  
TI sanctum esse & salutare, & nostrum Sabbatum  
seu interitum benedi, eo quod sabbatum Christi bene  
dictum est. Huc pertinent ea quæ de sabbato ad He  
bræos tertio scribuntur, & quarto, Requieuit Deus  
die septimo ab omnibus operibus suis.

*Exodi. 20.*

*Hebræ. 3.*

*4.*

Deus quiescat in his creaturis, quia uult has glori  
ficare.

I

Adam exadit. In lege iterum præcipitur Saba  
batum, ut significetur futurum tamen quanquam cre  
derimus, ut quiescat in nobis Deus.

II

III

Quiescere Deum in nobis, est non mouere creatu  
ras ut agant naturalia opera, sed absorbere nos intra  
se, ubi est eterna quies. Huc faciunt quæ sunt apud  
Esaiam de Sabbato, & in epistola ad Hebræos.

IIII

Illud quiescere non potest fieri integra uetere crea  
tura, quia uetus creatura tantum est capax motionum

V

B V

VI

naturalium, ergo oportet eam destrui.

Benedicere  
quid

Vetus creatura destruitur uacante Deo ipso, sic qui  
cui in sepulchro CHRISTVS.

Esai. 66.

Sanctificare.

Benedicere, est incolumitatem & profectum impe-  
rare, sicut supra benedixit animantibus, id est dixit,  
ut existant. Ita hic septimo diei benediat, id est diat,  
ut proficiat hic dies. Nam cum in creaturis incipit quies-  
cere Deus, septimus dies est: illa uero quies est perpe-  
tua, iuxta illud Esaiæ sexagesimo sexto. Erit sabbatum  
ex sabbato.

Sanctificare, est ad usus Dei accommodare, sicut  
sancta uasa dicuntur, Itaque dies septimus est accom-  
modatus usui Dei, Et uide pugnantiam, Deus quiescit  
Sabbato & c. tamen cum Sabbatum eius usui sanctifi-  
catum sit. necesse est ut agat aliquid in eo? Respondeo,  
Sabbato cessat mouere naturali motione, & absorbet  
in se creaturas, quod Esaias uocauit sabbatum dedica-  
tum. Itaque quoad naturaliter mouemur, non dum Sab-  
batum est.

Dignitas et  
regnum ho-  
minis.

Psal. 8.  
Colossen. 1.  
Roma. 4.

Præcedit conditio rerum ante describendam ho-  
minis conditione, ut intelligatur omnia esse cōdita pro-  
pter hominem, & hominem esse præpositum uniuersæ  
se creature: quæ hominis prærogatiua, describitur  
Psalmo octauo. Et Colossen. primo de Christo Paulus  
ait. Omnia per ipsum, in ipso, & in ipsum, id est, ut in  
heredem qui dominatur omnibus. Et ad Romanos

ME L. IN GENESIN.

quarto. Promissio Abrahamæ, & semini eius, ut hæres  
esset mundi. Nam omnia quæ de hominis dignitate  
dicuntur, propter Christum dicuntur, in quo recupe-  
rauimus dignitatem amissam in Adam. Magnum est  
autem credere Christum dominari, credere nobis sub-  
iecta esse omnia.

Hæc multis uerbis describuntur, ut fides de creati-  
one confirmetur &c. de qua supra. Iam hoc quoque ob-  
seruabis, Pluuiam esse non naturalem colluuiem aqua-  
rum, sed opus Dei succedantis terram &c. ut Deu-  
teronomij undecimo, De celo expectans pluuiam: et  
Actuum decimo quarto: De celo dans pluuiam et te-  
pora fructifera. Sic scriptura per omnia nobis incul-  
cat non naturam aliquam esse, quæ per sese gignat,  
sed Dei beneficia esse, omnia quæ gignuntur &c.

Quod homo compositus est ex pulueribus terre,  
sepe in scripturis reperitur, Psalmo ceteresimo secundo  
Recordatus est quod puluis sumus homo sicut fœnū  
dies eius sicut flos agri, id est, respexit utilitatem &  
miseriam nostram, ideo quemadmodum pater misere-  
retur filiorum &c. Itaque mortalitas & infirmitas  
nostra nobis proposita est in puluere, sicut infra repe-  
tit, Puluis es, & in puluerem reuerteris.

Tractat Apostolus prima Corinthiorum 15.

Deuter. 11.

Actuum. 13

Psal. 102.

Psal. 29.

## ANNOTAT. PHIL.

**I. Corin. 15.**  
Egregia  
collatio.

Adam primus factus est in animam uiuentem: nouissi-  
mus Adam in spiritū uiuificantem, id est primus Adā  
factus est, ut esset uiuus uita naturali, ederet, biberet  
gigneret, haberet actiones naturales. Item ita condi-  
tus est, ut mori tamen posset. Nouissimus Adam, id  
est, omnes qui in Christo resurgunt, sic sunt conditi,  
in spiritū uiuificantem, ut perpetuo uiuificentur spiri-  
tu, non habeant actiones ullas naturales, sed tantū spi-  
rituales, amorem Dei, cognitionem Dei, leticiam spi-  
ritualem, laudem Dei &c.

## PLANTAVERAT AVTEM DOMINVS.

**Prouerbiū.**

Qui totam terram opinantur paradisi uia futurā  
fuisse, eos necesse est fateri tamē præceteris terræ par-  
tibus unam aliquam amoenissimam, hic paradysum uo-  
cari. quando & fluium in eo esse hic describunt, &  
quo deriuentur Ganges, Nilus, Tigris, & Euphrates,  
& infra capite sequente dicitur Cherub & gladi-  
us flammeus eum locum custodire. Porro ubi sit sari-  
nequit, nam & ortus Nili ac Gangis ignorantur. Ita  
ut in prouerbiū afferit de re ignota, Nili caput que-  
rere. Nobis satis esto, locum in oriente esse, ubi anque  
est, quem hortum hic uocat. Porro quod homo in para-  
disum positus est, iterum significat, cum præpositum  
fuisse omnibus creaturis. Inducatur item ora patris de



## MEL. IN GENESIN.

seruando & alendo homine.

Lignum uitæ, cuius fructus uiuificabant perpetuo  
Lignum scientiæ boni & mali, ea arbor dicitur, quæ  
lex interdixerat, quia enim lex bona & mala docet.  
Ideo arbor de qua lege cautum fuit lignum scientiæ bo-  
ni & mali dicitur. Et ex ijs facile est allegoriam inue-  
nire ut uerbum uiuificam, intelligas lignum uitæ di-  
Prouerbiorum tertio. Lignum uitæ est, his qui adpre-  
henduerint eam, & qui tenuerint eam beati. Lex  
autem lignum scientiæ boni & mali.

Lignū uitæ

Allegoria.

Prouer. III

Quod paradiso imposuit hominē significatum est  
hominem præesse reliquis omnibus creaturis, sicut su-  
pra dicit, hominem conditum non in spiritum uiuificā-  
tem, qui spiritaliter tantum mouetur, sed in animam  
uiuentem, hoc est cuius opera essent naturalia edere,  
bibere, gignere &c. Ea opera hic quoque indicat,  
cum ai, homini paradysum commissum esse ut eū co-  
leret.

Hæc lex duo insignia docet. Primū in legibus di-  
uinis nō esse spectandum quantum sit opus quod præ-  
ceptum est, sed spectanda est uoluntas dei præcipien-  
tis qualcunque, quantumcunque sit opus, quia ratio  
semper disputat de lege diuina, & iudicat eā iniquā  
esse, aut hoc uel illud constituerit, & uolūtātē Dei ab  
operis modo aestimat.

Ita primum peccatum quod hæc lex uiolatur, est

Luc 21

Disputatio  
impia de lege  
Dci.

infidelitas: Sicut in Luca præcepit dominus, ut caveamus ne grauentur corda nostra crapula, caro cogitat uile opus esse, & ab operis modo æstimas uoluntatem Dci, legem contemnit. Sic in multis alijs fit quæ in speciem nõ sunt turpia, ubi sic cogitat caro, age quid ista arret Deus, & hoc est quod Paulus ait: Omne quod non est ex fide, peccatum est.

Secundo hic spectanda est infirmitas nostra, quod si natura integra. Adæ non potuit consistere re tam facili præcepta, quanto minus nunc consistant corrupta, et hic se contemplantur hostes gratiæ.

MORTE MORIERIS.

Quidam hic offensi sunt, quare dicat Morte morieris, cum tamen Adam non sit statim mortuus, Respondent alij, statim mortuum esse quo ad animam. Alij dicunt quia in Hebræis est moriens, morieris significari mortalem fieri. Ego sic sentio, simplicissime intelligendum esse textum, ut sonant uerba. Nam eo die mortuus est, Adam sicut ex capite sequenti adparet. Nam mori in Scripturis proprie significat confundi à conspectu Dei. In Iohanne ait Christus: Qui credunt in me, nõ morientur, Apud Esaiam. Omnis qui inuocauerit cum non confundetur. Illa confusio ipsissima mors est. Et extinctus plane fuisset Adæ, nisi uiuificatus fuisset iterum uerbo gratiæ, Ipsum semet

105

Esaias 53

MEL. IN GENESIN.

conteret caput tuum. Item tota natura sine spiritu  
Dei uiuificante, plane moritur, quanquam non sem-  
per sentiat mortem, quomodo Apostolus ait. Prudē  
tia carnis mors est. *1. Cor.* Apostolus

NON EST BONVN HOMI  
NEM ESSE SOLVM.

Hic expressa est lex charitatis. tum multiplicā  
di generis humani causa, adeoque homines adiuuari  
di causa homo conditus scribitur, ortus noster, nu-  
tritio, educatio, breuiter omnes uitae necessitates ab  
alieno praesidio pendent. Et hanc societatem homi-  
num magni fecit Salomon Ecclesiastes quarto. Si  
unus ceciderit, ab altero fulcietur, ue soli, quia cum  
eciderit, non habet subleuantem se &c. Et in corpo-  
ralibus quidē satis adparet quis sit mutuus usus ho-  
minum inter se. Ecclesiast.  
4.

In spiritualibus idem Christus expressit, cum de-  
dit potestatem remittendi peccata. Item quod feci-  
stis uni ex minimis meis, mihi fecistis &c. Et quae  
hic naturae hominis tribuuntur, ea potissimum ac pri-  
mum sunt in Christo requirenda, quia in Christi co-  
gnitione haec omnia destinata sunt, qd' homo conditus  
est ut homini sit auxilio, id ita, propriū ē naturae Christi

## ANNOTAT. PHIL.

et præterea nulli: Et nisi hoc in Christo uideris, nõ  
dum nouisti Christum, ipse pro nobis mortuus, ideo re-  
suscitatus est, ut adiuuaret, ut subleuaret, ut tueretur  
fratres suos. Præterea nos sumus costa, ex eius late-  
re execta & pro costa lateri eius caro inserta est, ut  
ipse sit infirmus nos ualidi & c.

HOC NVNC OS EX OSSI  
BUS MEIS.

Hoc quoque argumentum est oninia  
homini subiecta  
esse & c.

ERAT AVTEM VTERQVE  
NVDVS.

Pudor ex peccati conscientia fit, propterea uuisse  
peccato, eos significat, cum negat  
crubuisse.

## CAPVT TERTIVM.



Vi de spirituum conditione nihil  
supra dixit, Adco Satanar non suo  
aliquo nomine, sed serpentis uocat:  
et in serpente representat, ut uersu-  
tia, insidias, ingeniu Satanæ ex ser-  
pente estimemus: ut infra, Sup pectus tuu ingrederis  
& c. Sunt

MEL. IN GENESIN.

Sunt enim omnes creature corporales, rerum & eventuum typi & figure.

Dixi supra, in omni lege non opus, sed uoluntate diuinam spectandam esse. Caro de uoluntate Dei non iudicat, sed opere: & de opere iudicare incipit, nec tribuit Deo sapientiam & iusticiam, sicut est experi- ri in omnibus tentationibus, in quibus alias stulte, alias inique constituisse Deum, iudicamus. Hoc argumento primum sollicitat imbecillam rationem mulierculæ Satan. Et quæ hic extrinsecus geruntur, omnia geri solent in cordibus hominum. Sic enim Satan alios alio impellit, illū ad libidines carnis, hunc ad cædes & c. quia cogitatione aliqua cor occupat & c. princeps enim mundi est. Et Apostolus dicit cum excæcare corda incredulorū, ut non illucescat eis illuminatio Euangelij.

Carnis iudicium.

Eph 7

Vides infidelitatem primum peccatum esse, credit mulier Satanae, & uocem Dei pro uano terribili lamento, pro irritis minis habet. Et hic considera blasphemi spiritus impietatem, qui mendacij diuinam uocem accusat: & hoc est quod eum CHRISTVS apud Iohannem patrem mendacij uocat, & satis declarat hoc exemplum, quæ sit Satanae uoluntas, scilicet gloriam Deo uelle detractam, & uelle omnia perditum iri. Iam ubicunq; tale cor est, quod uerbum Dei ad eum modum pro uanitate habet, ita certo scias, captiuum teneri à diabolo.

Infidelitas peccatum.

Satan pater mendacij.

Joan 8

C

## ANNOTAT. PHIL.

**Exemplum  
tentationum**

Calumniatur autem hic Satan, cum in bonam partem uertit, quod extrema miseria erat, scilicet scire bonum & malum. Nam scire bonum & malum est experiri iustitiam & peccatum, pacem & mortem &c. Sic obserua Satanam peruertere uerba Dei.

### CVNQVE COGNOS VISSENT.

**Folia fia**

Hactenus peccatum, nunc fructus peccati describuntur, Conscientia & mors. Videre se nudos, est pudore tangi, pudor male conscientie opus est: conscientiam uero caro, uerbo Dei carens, erigere conatur operibus, & satisfactionibus suis. ~~Has satisfactiones folia fia significant, hoc est, quicquid humana industria parat quo tegatur peccatum.~~ Sed id quam nihil profit, declarant quae sequuntur, ubi uox Dei occiditur Adam, & rursus uiuificatur, non aliquo humano opere, sed promisso semine, quod contraxerat aput serpentis.

### ET CVM AUDISSENT VOCEM.

**Poenitentia  
quid.**

Sequitur poenitentiae descriptio, & Adae iustificatio. Primum autem est in poenitentia, confundi conscientiam, id quod fit, cum audimus uocem Dei accusantem, & coarguentem nos peccati. Hic iam nihil pro-

MEL. IN GENESIN.

sunt  $\pi\epsilon\pi\iota\zeta\omega\mu\epsilon\tau\alpha$  quo minus moriamur, nullae satisfactiones nostrae, nulla creatura potest nos conservare iudicante Domino, iuxta illud: Sileat à facie domini omnis terra. Et hoc est quod dicit CHRISTVS in Euangelio edificare supra harenam, qui audiunt uocem suam. Iam moriebatur Adam iuxta legis sententiam, intentebatur ira, & redactus fuisset in puluerem, nisi statim resuscitatus esset uoce Dei.

Presidia  
quae quaerunt homines.

Hic primum obserua, quod ait uespere dominum deambulasse in paradiso, quo significat nouissimis temporibus Dominum uenturum fuisse: iuxta illud Iohelis Actuum secundo. Et erit in nouissimis diebus &c. Deinde non simpliciter dicit, cum audissent dominum, sed cum audissent uocem domini, ut significaretur filius descensurus in mundum, qui uox seu uerbum patris est.

*Ad uocem  
post meridiem*

Act. 2.

Itaque quod hic in solo Adam, parente generis humani gestum est, geritur in toto genere humano per praedicationem Euangelij, accusantis & remittentis peccata nostra. Et quod hic resurgit Adam remisso peccato, & audita promissione de conterendo serpentis capite, id perficietur die iudicij, cum mors destruetur, pri. Corinth. 15.

Euangelium  
accusat &  
remittit.

Interrogat Dominus de peccato, ut ad autorem peccati perueniat, hoc est quod Adam mulierem

ANNOTAT. PHIL.

**Transferatur peccatū in diaboli.**

**Voluntas diaboli.**

mulier serpentem accusat. Non enim in hoc, opinor, transferri culpam in serpentem, quod uellent uideri se excusasse, aut negare se peccasse, nam hoc non solet uera poenitentia. Interrogat autem de peccato ut condemnetur & maledicatur serpens. Nam in hoc textu mirabili mysterio, serpenti maledicatur, cum homini non mali dicatur, ut homini relinquatur spes recuperandae salutis: & nos disceremus, ut antea potentiam Satanae, nunc rursus imbecillitatem eius. Praeterea hoc spectandum est, quia maledicatur Satan, non potest uicissim nū maledicere: ergo uoluntas eius est omnia uelle perdita & pessum ire quae sunt Dei, sed non preualet, quod à semine Euae conteratur.

ET AIT DOMINVS AD  
SERPENTEM.

**Super pe-  
ctus egredi-  
di.**

Hoc loco duo proponuntur, maledictio aeterna Satanae & corporis illius, homo autē non maledicatur aeterna maledictione, quod futurū fuerit, ut redimeretur. Nam quae postea sequuntur quae uidentur esse poenae, non maledictiones sunt, sed cruce & benedictio. deinde, quid sit aeterna maledictio indicat, quū inquit. Super pectus tuum ingredieris, & puluerem &c. Porro super pectus ingredi, est pauere: atq; ea est poena iuxta Iob, Sempiternus horror inhabitans. Deinde ubi haec aeterna confusio & mors est, ibi esse



## MEL. IN GENESIN.

non potest consolatio spiritalis. Nam cum uerbum  
uita sit, & lux: Maledicti autem uerbo careant, ne-  
cesse est eos & uita & lucē carere.

Alterum est, quod obserues, promissio gratiae,  
per quam promissionem uiuificatus est Adam. Est au **Promissio**  
tem haec. Ipsum semen conteret caput tuum. **gratiae.**  
Est autem  
semen mulieris CHRISTVS, & quicumq; sunt  
in Christo. Caput autem serpentis propriissime reg-  
num peccati & mortis est: Peccatum aculeus mortis  
est, prima Corinthiorum dcāmo quinto, id est, mors  
uires accipit à peccato, ut sit metus aeternae irae Dei. **1. Corin. 15.**  
Porro insidiae Satanae sunt, uictoria autem nostra est  
iuxta illud, Absorpta est mors in uictoriam.

## MULIERI QVOQVE DIXIT.

Mors & omnes adflictiones corporis poena sunt  
peccati primi, sed ea poena desijt esse poena iustifica-  
tis, sitq; instrumentum mortificandae carnis, hoc est, **Benedicta**  
maledictio sublata est, & **crux.** Ad  
eum modum hic cum mori oportuisset primos homi-  
nes, uiuificati sunt spiritu, & imposita est eis crux,  
quae porro carnem mortificet. Viuificatio spiritus fa-  
cta est uerbo promissionis, Ipsum semen conteret ca-  
put tuum: & crux imponitur uerbis sequentibus.

**Pugnancia  
scriptura-  
rum.**

**Mirum** uero, quod simul præcipit ut laboremus, simul maledicat terræ, ut frustra uideamur laboraturi, si quidem terra nihil præter spinas & tribulos latura est? **Respondeo**, in cruce potissimum hoc esse cognoscendum, quod nondum deseruerit nos dominus. Ita hic, ideo terræ maledicat, ut sciat Adam donum Dei fore, quicquid terra tulerit, & laturum tantum, quantum nos credimus, nihil laturam, ubi nos non credimus.

**ET SUB VIRI POTESTATE ERIS.**

**Vir caput  
mulieris.**

**Observandus** est locus necessarius, in eo quod ait: Sub potestate uiri eris, quod iisdem uerbis uiro commissa est potestas regendi, non mulierem tantum, sed præter eam omnia. Id Apostolus prima Corinthiorum undecimo sentit cum uirum caput mulieris uocat. Itē imaginem & gloriam Dei, id est, præfidentem & regentem. Nunc cum uiro committitur imperium, uult Deus per illum non mulierem tantum, sed omnia humana regi, à patre sobolem & familiam &c. que ordinatio & in Decalogo continetur, Honora patrem & matrem, ubi parentibus committitur imperium. Hoc item est quod Roman. tredecimo, Dei ordinationem potestatem uocat, nam hac ordinatione, cum uiro committitur gubernatio facta auctoritatem auli ordi-

## MEL. IN GENESIN.

nationi, in qua multi se, uelut unius patris cur & familia committunt. Cui ordinationi Apostolus iubet obedire, quanquam sepe hi qui regunt, per uim usurpauerunt imperiū, & fieri uix possit, ut unus tā multis regendis satis est, tamē quia Dei ordinatio est, parendū est. Sed hæc obserua, qd' mulieri præcipit, ut pareat non uiro ut imperet, quanquam hoc necessario sequatur, sicut & in Decalogo, Honora patrem & matrē, ut eos qui parent, doceat, auctoritati diuinæ obnoxiosos esse magistratui, & parendum esse magistratui, sicut Paulus scribit ad Ephesios, sicut domino. Hic autem locus de magistratibus sub inde in hoc libro & reliqua script. latius explicatur.

Etiam discipulis parendum esse.

Magistratus.

## ET VOCAVIT ADAM.

Quod indidit mulieri nomen Viuæ iam post lapsum, auditis iam uerbis Dei, haud dubie significauit Moses fidem Adæ, conceptam iam de uita e' promissione Dei: quasi sic uelit dicere Adam, Viuamus ergo qui morti destinati eramus, peccatum condonauit pater, reliqua uita, iam uere uita esto, quia spiritu uiuificamur: & quia semen tuum conteret caput serpentis, hoc est regnum mortis, adpello te matrem uiuentium, ut sit hæc adpellatio mulieris testimonium fidei Adæ, & Menosimon gratiæ Dei promissæ per semen mulieris: & breuiter, signum fidei cre-

Viuæ.

Exultatio sentientis se restitutum in uitam.

ANNOTAT. PHIL.

dentis mortem iam non esse mortem, sed uitam.

FECIT QVOQVE DO-  
MINVS DEVS.

Pudor opus  
consuetudinis.

Nuditas est  
confusa con-  
suetudinis.

Ex perizomatis et uestium significatio colligenda est. Perizomata autem certum est Adam fecisse, quod nuditatis puderet. Sic enim ait, Cum cognouissent se nudos esse &c. quæ perizomata nuditatem tegere, ueniente Deo in paradysum, non potuerunt. Itidem ait: Timui eo quod nudus essem. Fuit itaq; hæc faciendæ uestis causa, ut tegetur Adæ nuditas, hoc est tripitudo, nam hæc nuditas est, cuius pudet Adam. Proinde cum tegitur ueste, confirmatur eius consuetudo à Deo, ut sustinere eius conspectum et uocem possit. Nullis humanis operibus aut satisfactioibus tegi peccata nostra possunt. Teguntur autem fide uerbi Dei. Iuxta illud, Beati quorum tecta sunt peccata. Nam iudicio Dei nihil opponas, præter uerbum eius, quo uelut propitiatorio tegimur, ne gloria seu claritate Dei consumamur. Primum ergo tegitur Adæ nuditas à Deo, quia nullo humano opere consuetudo confirmari potest, iudicante Deo, deintus pelibus tegitur, hoc est uerbo crucis, interim dum glorificamur. Nam hic haud dubie significatum est, futurum, ut tegat nuditatem nostram noua carne in resurrectione iustorum.

MEL. IN GENESIN.

Sicut secunda Corinthiorum quinto, de uestiendo & su-  
perueftiendo differit Apostolus. Ita hic diamus pri-  
mum ueftirinos uerbo cruas, postea etiam glorificari  
carne noua & spiritali.

Ex Ezech.  
cap. 16.

ECCE ADAM QVASI VNVS.

Ironiam esse uolunt coarguentis Adam, quod ser-  
penti crediderit, pollicenti similem fore Deo, quasi di-  
ceret, Vide Adam cuius uerbo credideris, ego iusti-  
ne ederetis e ligno scientie boni & mali, Serpens con-  
tra, edentibus pollicatus est similem fore Deo, meo uer-  
bo non credidisti, quod ueritas & uita est, ergo mori-  
te oportuit credentem mendacio, uide quam non simi-  
lis nostri factus sis, morti peccato factus es obnoxius,  
ubi sunt igitur illae formae Dei, sapientia, iustitia, uita,  
quas promisit serpens? Sed praeter haec sentio simul  
coargui Adam, & promitti similem fore Deo, quasi di-  
ceret. Vide qualis sis, scilicet damnata caro & imminun-  
da, quae non saluabitur, erit tamen, cum sicut unus ex  
nobis fias, non hac uia qua uolebat serpens, sed hac  
uia quam ego nunc propono tibi, nempe uia cruas &  
mortis: erimus enim similes Dei in Christo induit glo-  
ria Dei &c. Iohannis tertio. Cum apparuerit similes  
erimus ei &c.

Acris ob-  
iurgatio.

Cruas com-  
mendatio.

EMISIT EVM DOMINVS DEVS.

ANNOTAT. PHIL.

Deum nosse  
in cruce.

Quonquam iam obscure promissum sit Adam simi-  
lem fore Deo, tamen nunc eijatur e paradiso, quia nō  
ante Deus glorificat quā humiliavit, adeo sunt dona  
Dei iustitia & uita abscondita formis crucis seu mor-  
tis. Et hoc est cur eijatur Adam, & obijatur mor-  
ti, quonquam spiritu uiuificatus sit.

COLLOCAVIT ANTE  
PARADISVM.

Paradisus. Dixi supra hoc loco me cogi, ut sentiam paradisum  
esse peculiarem quendam locum in terra, à qua simpli-  
citate textus non facile discedo, qui uolet hæc curiosius  
persequi, is sciat incerta esse, quæ Scriptura non do-  
cet, & nobis in ijs locis potius immorandum esse, qui  
fidem & charitatem ædificant, quā in huiusmodi quæ-  
stionibus curiosis magis quā utilibus.

Certum est autem hæc ideo scripta esse, ut sciamus  
ad uitam nullis humanis uiribus redire posse, iuxta  
illud: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de  
cœlo.

Pugnancia  
scriptura-  
rum.

Atq; hic obserua miram contradictionem, antea  
dictum est, futurum ut semen Eue conterat caput ser-  
pentis: hic negat ad uitam reditum esse hominibus: er-  
go necesse est, e cœlo uenire qui uiam faceret ad uitā.  
Cæterum si quis allegoriam requirat, angelus arma-  
tus gladio legem significat, quæ instrumentum mora-



MEL. IN GENESIN.

tis est, custodit igitur uiam ad lignum uitae.

CAPVT QVARTVM.



Ide fidei conflictationē, unico uerbo subleuatus est Adam, ipsum semen &c. ē quo uerbo spes salutis concepta est, postea eijatur ē paradiso, iter ad uitā intrcluditur per angelum, in hos insultus tamen conāpit fidem.

Confirmata est fides genito Cayn, quod iam cerne-  
ret non se tantum uicturos, sed & posteritatem fore,  
immo quod scirent promissam de semine salutē, qua-  
si sic dicerent, Ecce promissionē de semine habemus,  
quod conterat caput serpentis, gaudeamus igitur nobis  
sobolem esse, ē qua nascatur olim, qui serpentem con-  
terat: hunc adfectum testata est mulier, cum ait, Ad-  
quisiui hominem per Deum &c. Sed iterum conassa  
est fides, ubi uiderunt Abel occisum, Cayn à Deo re-  
iectum.

Sequenti exemplo exhibentur nobis primum, au-  
ra Dei pro nobis, donantis uerbum, docet autem hoc  
uerbo suo fidem & charitatem.

Docetur charitas cum reprehendit Deus Caynum  
iratum fratri.

I

II

I

II

*Cura dei  
p nobis*

*ad hunc*  
Fides docetur & discrimen operum, cum ait, nonne si bonus fueris, oblatio &c. id est, ualebit quidem opus, si cor bonum est, quod quid aliud est, quam quod Scriptura ubiq; docet, ex operibus legis non esse iustitiam.

*Lex*  
*Operum*  
*Discrimen*  
*Fides*  
*Lex.*

Præcepta  
utriusq; ta  
bulæ.

Proposito discrimen operum & fidei, legem subiijcit, nisi enim discrimen operum & fidei tenetur, frustra docetur lex. Sub te erit cupiditas eius, scilicet peccati, id est, Ira concepta aduersus fratrem sub te esto, & tu dominaris illius, id est, ne obsecudes iræ, ne subigat te ira, sed tu illi imperes. Nam quod futura & indicatiua uerba sunt, sub te erit hebraica phrasim est, quæ pro imperatiuis solet indicatiuis uti, ut in alijs legibus est ærnere. Non concupisces. Porro iisdem uerbis supra dictum est, sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Vides autem hic præcepta utriusq; tabulæ. primæ tabulæ de colendo Deum, non operibus, sed fide, ubi negat oblationem esse, qualecunq; opus. Deinde secundæ tabulæ præceptum, cum uetat occidere fratrem neq; id solū, sed & irasā uetat, hoc est, quomodocunq; alterius famæ, rebus, uitæ, male uelle. Quid autem efficit lex sine spiritu uide, animus Cayn magis insolensat, quanquā interim dissimulat iram: dicit enim scriptura, Et locutus est Cayn cum Abel fratre suo, id est, iam uelut posita ira, in speciem benigne compellauit & tractauit fratrem, nihil minus præ se ferens quā



MEL. IN GENESIN.

quod gerebat in pectore.

*Cura dei p. fidelibus*

VBI EST FRATER TVVS.

Multa sunt in hac historia obseruanda. Primum, Dei cura pro fidelibus, siue uiuāt siue moriātur: iuxta illud domini sumus siue uiuimus siue morimur. Secundum, cum tanta cura sit, cur non potius uiuentem serua-  
uit, cur conuiebat cum occideretur Abel? Respondeo, Hæc doctrina crucis est, ut discamus non esse deserti, tunc, cum maxime deserti uidemur. Item post mortem uindicat dominus, ut ostendat illi meliorem spem repositam esse post mortem.

I No 17

II

Figurata est Ecclesia, nā ut Christo sublato, putabant iam Iudæise regnare, tamen resurgit CHRISTVS, et illos disperdit &c.

III

Fides est certo sentire deo nos curæ esse. Deū præsto esse, opem ferre &c. quaecumq; est quod patimur. Sed quod hic non ostendit se Deus, nec adiuuat prius quam Abel interfectus sit, non solum ostendit quæ spes supersit mortuis sed et docet primum bonam uoluntatem esse suam occidi nos, et ne tum quidem abesse, cum minime adesse uidetur: desertus uideur Abel à Deo, cum iam à fratre oppressus esset, sed post illius mortem palam testatur se nondum deseruisse quem putent esse: curæ erat Abel deo, nec tamen adiuuit ille, tum cum oportuisse uidetur, ergo bona uoluntas dei

Fides quid

est adfligi & occidi sanctos.

*Caro uult  
omnia sua  
iustificari.*

Caro uult iustificari omnia sua, spiritus est q̄ Deo gloriam ueritatis & iustitiæ tribuit: iuxta illud, Tibi soli peccavi, & malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris, id est, peccatum meum confiteor tibi, ut palam fiat, quod tu sis iustus, non ego, & uincas cum te iudicant hypocritæ.

Itaque non tribuunt deo impij gloriam ueritatis & iustitiæ. Quare hic Cayn dissimulat cædem, & id quidem coram Deo, quem putat falli posse, atque hæc radix est omnium peccatorum, quod in carne talis est ignoratio Dei, ut putat deo nec bona nec mala nostra curæ esse, Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Et in uniuersum sic in sanctos impij per contemptum Dei grassantur, sic peccant in uniuersum quicumque peccant.

*Impij de  
deo quid  
sentiant.*

Impij non possunt fateri peccatū, aut tribuere gloriam iustitiæ Deo, & tamen conuincuntur à Deo, & confunduntur, Nam à facie domini sileat omnis caro. Pij fatentur peccatum, ideo non confunduntur.

*Cognitio dei  
non est  
Zacharia 2*

*Charitatis  
opera.*

In quorum cordibus non est cognitio Dei, ea corda sua tantū querunt, se uolunt magnificari, adorari &c. Ideo in huiusmodi cordibus nec charitas est quæ se alijs subijat, cedit honorem alijs, inseruit omnibus, sentit se omnium custodem esse: quare hic Cayn negat se fratris custodem esse, quod fide careret cum tamē an-

MEL. IN GENESIN.

teas legem audisset, quare iratus es?

Conuincatur Cayn, cum inquit, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, qui clamor iuxta phrasin scripturæ non est sanguinis, sed dei, ea solitudo est eius pro sanctis, cum uiuis tum mortuis, ut etiam ex anima clamare dicat. Iam & indicat nondum interiisse Adam, quanquã occisus sit, cum uocem cum clamorẽ sanguini tribuit. Porro hac loquendi forma usus est, ut Euangeliũ figuraret, quod uox sanguinis CHRISTI est, que iam extincto ut illi putabant CHRISTO erupit.

*Soltuando  
349 p. somitis*

Hæc maledictio cum superiore illa conferenda est, superiore non maledicitur Adæ & Eue, ne uniuerso generi humano maledicatur, sed serpenti tantum & eius semini, hoc est, corpori & regno Satanae maledicit. Hæc maledictio Cayn, nõ ad uniuersum genus pertinebat humanũ, ideoq; ipse maledicitur: nam & ex semine serpentis est.

Maledictio

Hic statim peccatum uindicta secuta est, ne dubitemus iudicaturum & mulctaturum fontes, quanquam interim dissimulare & differre uideatur. Caro secura minas diuinas contemnit, cum iusserit dominus uigilare nescien. qua hora uenturus sit & c., quid quod uniuersa posteritas Cayn extincta est diluuiio Noe?

Poenas

VAGVS ET PROFVGVS.

ANNOTAT. PHIL.

Quod de serpente dictum est, futurum, ut perpetuo pronus ingrediatur, & inambat terræ. Idem hic dicit, uagus & passim fugiens eris in terra &c.

MAIOR EST &c.

*Desperatio  
in afflictione*

Sicut antea gloriam iustitiæ non tribuebat Deo Cain, ita nec modo gloriam misericordiæ tribuit. Huiusmodi sunt corda fide uacua, florente carne deum contemnunt, in afflictione desperant. Econtra, qui Deum norunt, sicut sentiunt, nihil esse horribilius ira dei: Ita rursus, quia Deum norunt, sentiunt nullum esse peccatum quo non sit ille maior qui uocat ea quæ non sunt, ut sint, Roma. quarto, & cuius gloria nostro mædâio fit celebrior. Caro autem de Deo iudicat carnaliter, extra afflictionem cum stertere putat, propterea sua libidine fertur &c. In afflictione quia aduersantem sentit, fugit tanquam malum iniquum &c.

Vide autem quàm multipliciter describantur pœne. Primo, est desperatio. Deinde corde ita perpetuo pauere ut nullo certo loco consistas. Tertio, querere quorsum effugas uultum Dei. Quarto, metus adsiduis mortis.

Auctoritas  
Dei occidit  
hominem.

NEQVAQVAM ITA FIET.

Quid igitur de iure gladij, an in hominadam anime aduertere non licet? Respondeo, nihil hic de iure gladij consti-

MEL. IN GENESIN.

diij constitui, sed generalè legem illa esse, qualis in Decalogo est. Non occides. De iure gladij infra constitutum est capite nono. Quicumq; effuderit sanguinem humanum, fundetur sanguis illius.

POSVIT DOMINVS IN  
CAYN SIGNVM.

Quidam sentiunt tremorem quendam perpetuum in Cayn fuisse.

ET EDIFICAVIT CIVI-  
TATEM.

Quod in Hismael & Esau script. reprehendit, idem hic in posteritate Cayn accusat, scilicet condidisse eum urbem, constituisse imperium, militasse conuersum esse ad excolendas res humanas &c. Nam quod imperium aliud constitutum est, præter id quod est patris imperium erat scilicet uno usurpanti sibi dominationem in multos. Nam lex ita ordinavit, ut singuli patresfamilias familiarum suarum domini essent iuxta legem, Honora patrem & matrem

DIXITQVE LAMECH.

Lex de charitate multipliciter prodita est hoc capitulo supra, Quare iratus es, & cur concedit facies tua? Et deinde. Qui occiderit Cayn septuplum pu-

Occidere est nõ amare, non iurare.

ANNOTAT. PHIL.

nietur. Et hic, Occidi uirum in uulnus meum, id est, luam poenam cedis illius, quandoquidem diuina lege cautum erat, ne quis occideret eum.

DE LAMECH VERO SBPTVA.

Nunquam  
non condo-  
nat peccatis

Ex Euangelij loco Matth. de dno octauo, de septuplo et septuagies septias satis adparet accipiendum esse numerum artum pro incerto. Nam Hebraeis septenarius numerus uniuersalitatatis numerus est. Porro quod septuagies septies poenam se daturum inquit non aliud est quam supra dixit Cayn. Maior est iniquitas mea quam ut ueniam merear.

COGNOVIT QVOQVE

ADHVC.

Supra recensuit impium genus Cayn, cui imperium, militiam, et civilem cultum tribuit, uoco autem cultum civilem et luxum, et concupiscentiam oculorum, quod gestientes nos extollere, excolimus auiliamunera quaecumq; non ex fide, sed ut celebremus nomen nostrum, ut infra de conditoribus Babylonicæ turris dicitur, Gaudent ingenia et superbuunt opibus suis. Hoc nomini potissimum Tyrus accusatur apud ~~Ezech. 26. 27. et 28.~~ O Tyre dixisti perfecti decoris ego sum. Nunc redit ad genus pum.

Hic primum consideranda fides Ade et Eue,

## MEL. IN GENESIN.

qui ē paradiso eiekti sperabant benedictum semen  
inter tantas adflictiones, cum Abel occiditur, Cayn  
maledicatur, nec reddita est soboles pia ante trigesimū  
annum supra trecentēsimū. Seth filio nomen  
factum est à ponendo, quo haud dubie significauit nō  
nasa natura filios Dei, sed à Deo donari, quasi sic di  
cat, Ecce uideo ea quae ē carne nascūtur maledicta esse  
omnia, solum id semen deo acceptum esse, quod ipse po  
nit, sicut aliās sepe dicatur, Suscītabo mihi semē &c.

Prædestina  
tionis locus.

### TUNC CEPTVM EST.

Id est, posteaquā non Adæ tantum sed & filio  
pium semen fuit, latius propagatus est iam cultus dei,  
Et quia multitudo docēdi fuit, necesse fuit institui quas  
dam caeremonias, quibus moueretur multitudo. Item  
ad consolationem pertinet, qua confirmati Adam &  
Eua, posteaquā uiderunt pium semen exortum esse  
cum annos plus centum nihil uidiissent præter impiam  
& maledictam multitudinem familie Cayn.

### CAPVT QVINTVM.

D i



icut supra diximus ortum mundi, lapsum & restitutionem hominū describi, ut sciamus & nos esse, ad quos uerbum Dei pertinuerit, & idem esse uerbum, quod à prim

Genealogie  
quor recen  
sentur.

apio mundi prædicatum est, & quod nos accepimus. Ita hic γενεαλογίαι recensentur, & ut certi si-  
mus, nos esse ad quos prædicationes pertineāt, & ut  
certi simus, unde & ex quibus patrib. sit CHRI-  
STVS. Nam hoc egit in uniuersum Scriptura ut  
redderet nos de Christo certissimos: atq; id ita oportu  
it, eo quod uenerit Christus tectis formis crucis, ut à  
carne agnoscā non potuerit.

Enoch.

Quod Enoch translatus est ad Deum, exemplū  
ostensum est, quo confirmaretur fides patrum.

Seth  
Noe

Sicut nato Seth renouata est generatio sanctorum,  
tum tota posteritas Cayn oblita Dei suis cupiditatibus  
ferreretur. Ita hic nato Noe renouata est sanctorum  
generatio, nam paulo ante decesserant Adam & Seth

Seth à po=  
nendo diā=  
tur.

& Enoch translatus erat, & sicut Seth à ponendo  
nomen est inditum, dominus enim est qui semen san-  
ctum donat: Ita Noë nomen inditū est à fructu, quod  
ipse inter tot impios futurus esset qui consolaretur san-  
ctos, conseruaert uerbum & promissionem Dei, &  
confirmaret fidem expectantium semen, quo restitue-  
retur uita.



MEL. IN GENESIN.

CAPVT SEXTVM.



Vae peccata diluuium præcesserint  
textus hic exponit.

Promiscua libido atq; adeo luxu- I  
us omnis generis qui cum libidine  
coniunctus est. Sic enim inquit,  
acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant,  
id est, quotquot libebat corrumpebant.

Et quia secum habet libido potissimum securitatem II  
contemptricem iudiciorum Dei, accusatur hic quoq;  
securitas et contemptus uerbi dei, cum inquit, Non  
iudicabit spiritus meus in homine, quia caro est, id est  
uerbum meum non audient, non credent, non metu-  
ent, non mortificabuntur: et in Corinthijs huic pecca-  
to potissimum tribuit Apostolus, quod carnaliores fa-  
ciat, quia qui adheret scorto unum corpus est cum scor-  
to: qui autem adheret domino, unus spiritus est cum  
domino.

Non peccabant tantum filij Cayn generationis im- III  
pie, sed filij Dei, hoc est, filij generationis sancte, et  
principes, ut iam prope in uniuersum dei memoria  
interiret.

Opprimebantur inopes pro libidine potētiorum, IIII  
nam hi gigantes erant,

Terribilissimum omnium est, quod octo tantū ani V

ANNOTAT. PHIL.

me relicta sunt, quae seruat a sunt.

Hec conferre potest cum signis iudicij, dicit enim Christus, edent, bibent, nubent &c. Hic primum lebidines & luxum notauit.

11. Cor. 24  
1. Cor. 17

II Securitatē accusat, cum inquit, & non cognouerunt &c. Et Paulus, Cum dixerint pax & securitas &c. & de hypocrisi, duae erunt molentes in una mola.

Thessas

1. Cor. 24

III Neglectū doctrinae accusat Apostolus in. 2. Thes. Salonic. de Antichristo.

NON PREMANEBIT SPIRITVS MEVS.

Videmus interpretis hanc fuisse sententiam, breuē futurum, ut aboleatur creatura, cum uerit, non permanebit spiritus meus in homine. Sed in hebraeis est, Non iudicabit, ut hic causam explicet, cur extincturus sit genus humanum, quia non sit auditurus homo uerbum dei, non sit iudicaturus & mortificaturus carnem, ideo perdendum esse. Sicut & Matthaei uigesimo quarto dicitur, Nisi abbreviati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro.

Genus hu-  
manum cur  
extinctum.

~~QVIA CARO EST.~~

Id est, Tota nihil nisi carnalia sapit & querit.

~~ERVNTQVE DIES ILLIUS.~~

Id est, Centum & uiginti annos permitto eis, quibus

*Tota Caro damnata*  
MEL. IN GENESIN.

bus respiciant interim, tum perdam eos diluuiio.

VIDENS AUTEM DEVS.

Duo potissimum loca hic considerandi sunt, prior sit ne uniuersalis sententia et iudicium aduersus omnes homines, quod ait: Videns deus quod multa esset hominis malitia in terra, et omne figmentum cogitationum cordis eorum uanum et prauum omni tempore. Deinde, si uniuersalis est sententia, quomodo Noe exapitur? Posterior locus quomodo cadunt in Deum uerba dolendi et poenitentiae. Primo. Uniuersalem esse sententiam, et iudicium uniuersale aduersus omnem carnem, apparet ex eo quod postea dicit, Omnis caro corruerat uiam suam. Et quia inquit, uidens Deus, necesse est uniuersalem esse sententiam, quod uidere idem sit quod iudicare. Nunc autem satis constat, quod iudicio Dei tota caro damnata sit, Psalmo centesimo quadragesimo secundo, Non intres cum seruo tuo in iudicium &c. Et uidemus Psal. 13. hinc acceptum esse, Dominus prospexit super filios hominum.

Noe ab uniuersali sententia exapitur, non quod ipse non sit peccator, aut non iudicatur, sed quia ut textus inquit. Inuenit gratiam coram domino. Id quod hoc loco animaduertendum est, quod hoc exemplum sancti Prophetae, damnant uniuersaliter omnes

*Tota caro  
damnata.*



Etiam ele-  
cti peccato-  
res sunt.

Consolatio-  
nes sancto-  
rum cum iu-  
dicantur ne  
desperent.

Psal. 88.

nes homines, & tamen postea excipiunt pios: quod sic accipiendum est, cum damnant Prophetæ uniuersaliter omnes homines damnari, quia & electi peccatores sunt, & ante iudicantur quàm iustificentur, & omnes sanctos oportet curam Deo fateri se esse peccatores, & resignare se uoluntati diuinæ, quæ pro sua gloria uel saluet uel damnet: Sic Hieremias quadragesimo sexta. Cum damnasset omnes homines terror undiq; & c. & dicat tãdem & de Israel. Te uero non consumam, sed castigabo te in iudicio, nec quasi innocenti parcam tibi. Et prima Petri quarto. Iudicium incipit à domo Dei: Et si iustus uix saluabitur, impius & peccator ubi apparebit? Et ad Romanos primo, Reuelatur ira Dei, super omnem impietatem. Proinde hanc accusationem scias uniuersalem esse nõ s̄ uerè ad impiõs tantum pertinere, sed iudicari simul omnes homines, hoc est, & pios & impios, quia oportet humiliari omnia Deo, requiret enim & à sanctis timorem sui. Ita hoc loco, cum uidet, hoc est iudicat omnium corda esse uana & praua, necesse est ut fateatur Noe se quoq; talem esse, se quoq; mortem & exitum commeruisse, nec habet quod ipse præceteris præsumat. Nam & David sic queritur Psalmo. 88. Memorare quæ mea substantia, nunquid uane constitui sti omnes filios hominum? Sed cum iudicatur, seruantur pij, non operum merito sed gratuita

MEL. IN GENESIN.

miseriordia dei. Ita hic de Noe dicitur, Inuenit gratiam  
ant coram Deo. Ad eum modum plane Esaiæ primo  
scribitur, Omne caput languidum &c. quod iudici-  
um ad omnes pertinet. Et paulo post: Nisi dominus  
fecisset nobis reliquum semen, sicut Sodoma & Go-  
morra facti essemus.

Esai. I.

POENITUIT EUM QVOD  
HOMINEM &c.

Primum omnium simplicissime exposueris uerbum  
poenitendi, si sentias idem esse quod mutare rem præ-  
sentem: ut cum dicit dominus, quod poeniteat fecisse ge-  
nus humanum, intelligas simpliciter, hanc creaturam  
odi, & sic odi, ut nunc mutaturus sum, & perditurus  
genus humanum.

Poenitere  
quomodo  
accipitur.

Secundo, sicut in uerbo miserendi adfectus est be-  
neuolentiæ paternæ, erga eos quorum est misertus De-  
us. Ita hic in argumēto iræ diuinæ, adfectus iræ, furo-  
ris, & similes, in uerbo poenitendi comprehendendi de-  
bent. Ita, ut sit poenitere, rem præsentem mutare, &  
significatione iræ uel furoris sui mutare. Sic uti uerbo  
poenitendi scripturam satis liquet Psalmo centesimo no-  
no. Poenituit eum secundum multitudinem misericor-  
diæ suæ, id est, simpliciter ad afflictiones finiuit, & mu-  
tauit consolationes. Et Hieremiæ uigesimo sexto. Poeni-  
teat me mali quod cogitavi facere. Grammaticis uer-

88. 15/8

bum poenitēdi displiare significat, id quod antea pla-  
 cuit, quo modo si hic exponas poenitendi uerbum, re-  
 dit, res ad disputationem de prædestinatione. Sed quia  
 in confesso est uerbo poenitendi, scripturā latius usam  
 esse, scilicet mutare tantum rem presentem, satis fue-  
 rit id hic quoque interpretari. Habes exemplum su-  
 perius, Poenituit secundum multitudinē misericordie  
 sue &c. Non enim antea sic intulit ad afflictiones, quasi  
 parum prospiceret se aliquando mutaturum, nec fini-  
 uit sic, ut doluerit illatas ad afflictiones, quandoquidē  
 per crucem humiliat, & ideo iudicat ne cum hoc mun-  
 do damnemur: quod si sunt ad afflictiones bono electis,  
 ergo non dolet adflixisse.

Poenituit. s. declarauit Noe quod perditurus esset  
 genus humanum, tactus dolore intrinsecus, quia poeni-  
 ter cum dolore cordis mutare significat. Poenitet enī  
 me fecisse eos, id est, mutō factū, aboleo quod antea fe-  
 ceram.

**NOE VERO INVENIT  
 GRATIAM.**

Quoniam & ipse reus esset iudicij, & iam iudicare-  
 tur audiens uerbum & sententiam damnationis, tamē  
 ereptus est gratuita misericordia Dei.

**FINIS**

LEGIS AC EVANGELII

**DISCRI**

**MEN LEGIS ET  
EVANGELII.**



**D**ve in uniuersum scripturae sunt partes. Lex & Euangelium. Lex peccatum ostendit. Euangelium gratiam. Lex morbum indicat. Euangelium remedium. Lex mortis ministra est, ut Pauli uerbis utamur. Euangelium uitae ac pacis. Lex uirtus peccati est. Euangelium uirtus salutis omni credenti. Nec; uero ita legem & Euangelium tradidit scriptura, ut Euangelium id modo putes, quod scripserunt Matthaeus, Marcus, Lucas & Ioannes. Mosi libros, nihil nisi legem. Sed sparsa est Euangelij ratio, sparsae sunt promissiones in omnes libros, ueteris ac noui testamenti. Rursum leges etiam sparsae sunt in omnia tum ueteris, tum noui testamenti uolumina. Nec, ut uulgo putant, discriminata sunt legis & Euangelij tempora. Quaerquam alias lex, alias Euangelium, subinde aliter reuelata sunt. Omne tempus quod ad mentes nostras adinet, est legis atque Euangelij tempus, sicut omnibus temporibus eodem modo homines iustificati sunt, peccatum per legem ostensum est.

Legis ac euangelij discrimen.

LEGIS AC EVANGELII

*Praeter naturalem legem dicitur quod est lex Adamo Cayno*

gratia per promissionem seu Evangelium. Reuelationis tempora uariant, nam alias lex, alias Evangelium & subinde aliter reuelata sunt, id quod e scripturis constat. Vides enim praeter naturalem legem, qua impressa est mentibus humanis, ut opinor, etiam leges latas esse a Deo, Adamo, ne delibaret poma arboris scientiae boni ac mali. Cayno, ne irasceret fratri suo: & eidem, peccaturum, qui se occideret. In hunc modum legis naturae cognitione instaurabat praedicatione continua spiritus Dei, quae tam obscurabatur, excelsitatis peccato mentibus humanis, ita ut mihi pene libeat uocare legem naturae non aliquod congenitum iudicium, seu insitum & insculptum natura mentibus hominum, sed leges acceptas a patribus, & quasi per manus traditas subinde posteritati ut de creatione rerum, de conlendo deo doauit posteros Adam, sic Caynum monuit, ne fratrem occideret, sed ad Evangelium redeamus:

*Evangelium est promissio gratiae in nomine Jesu*

Q V I D E V A N G E L I V M .

Evangelium  
quid.

Sicut lex est, qua reeta mandantur, qua peccatum ostenditur, ita Evangelium est promissio gratiae, seu misericordiae Dei, adcoq; condonatio peccati, & testimonium beneuolentiae Dei erga nos, quo testimonio certi animi nostri, de beneuolentia dei, credant sibi condonatae omnem culpam, & erecti ament, laudent deum, exhilarentur, & exultent in deo, ut infra de ui



*Christus e pignus boni promissionum*  
LII DISCRIMEN. *Exhe 1 = 2045*

Euangelij dicemus. Porro illarum promissionū omni-  
um pignus est CHRISTVS, quare in eum referē  
dæ sunt omnes scripturæ pmissiones, qui obsaure pri-  
mum, postea subinde clarius reuelatus est.

Posteaquam Adam deliquerat, & iam morti æter-  
næ destinatus erat, perisset haud dubie, ni dominus eū  
promissione gratiæ consolatus fuisset. Tyrannis pec-  
cati describitur, cum inquit ad serpentem, Inimicitias  
ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & se-  
men illius. Et statim uictoria promittitur, Ipsum semē  
mulieris conculcabit caput tuum. Rectius enim meo iu-  
dicio refertur pronomen, eo loco, ad semen, quàm ad  
mulierem ut in nostris codicibus legitur. Ea prima p-  
missio est primū Euangelium, quo subleuatus Adam,  
concepit certam suæ salutis spem, adeoq; & iustificas-  
tus est. Deinde facta est promissio Abrahæ, futurum  
ut in ipsius semine benedicerentur omnes gentes, que  
certe nisi de CHRISTO intelligi non potuit, est que  
hic Abrahæ sinus, in quē qui recepti sunt, seruati sunt,  
id est, seruati sunt, qui promissioni illi, que Abrahæ  
facta est, crediderunt. Atq; hæc promissio est, quam  
ubiq; iactat scriptura noui testamenti. Poterit diligēs  
lector omnes promissiones de Christo in hunc locum,  
congerere. Que plane non aliud sunt, nisi Euangeli-  
um Deuteronomio, uigesimo octauo. Prophetam susāta bo-  
eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponam

Consolatio  
Adæ facta

Promissio  
Abrahæ.

*Abrahæ*  
*omnis*

*Deu 18*  
*Susātan*  
*2 Reg 20*  
*12*

LEGIS AC EVANGELII

uerba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia  
quae praecepero illi. Qui autem uerba eius quae loque-  
tur in nomine meo audire noluerit, ego ultor existam

2 Reg 7

In secundo uolumine historiae Regum cap. septimo. P-  
mittitur Dauidi Christus, Suscipiam semen tuum post  
te, quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnum  
eius. Ipse aedificabit domum nomini meo, & stabiliam  
thronum regni eius usque in sempiternum. Et ob hanc

Christus fi-  
lius Dauid

promissionem filius Dauid Christus appellatur a P-  
phetis, Immo Dauidem etiam Ezechiel nominat.

Prophetae in totum & legem repetunt, & Christum  
pmittunt. Proderitque praemissa subnotare, & in pro-  
ptui habere promissiones diuinas, quod ad confirman-  
das erigendasque conscientias mire efficaces sunt. Et  
in hunc modum reuelauit deus Euangelium statim post

Roma. 1.

Ade lapsum, & subinde clarius aperuit, donec exhibi-  
uit Christum. Id est quod scribit Paulus ad Roma.  
primo. in Euangelium filij sui, quod iam ante promi-  
sit per prophetas, in scripturis sanctis, de filio suo.

Et literae nostrorum Euangelistarum, non aliud agunt,  
nisi ut testentur exhibitas esse pmisiones. Atque id est,  
cur sic ordiatur Mattheus, Liber generationis Iesu  
Christi, filij Dauid, filij Abraham. Vocoque Euangeli-  
um promissionem gratiae, benedictionis, beneuolentiae  
Dei per CHRISTVM. Sunt in scripturis praeter  
hanc promissionem aeternae benedictionis, etiam

Euangelium  
pmissio  
gratiae.

## LII DISCRIMEN.

promissiones rerum temporalium: qualis est ea quae facta est Noe, quales pleraque sunt in lege, de terra, de opulenta &c. quae non modo figurae sunt spiritualium promissionum, sed per sese sunt testimonia gratiae & misericordiae Dei, ita, ut consolentur & erigant conscientias nostras, ut Deum glorificent. Et de his quidem promissionibus infra agetur, ubi de fide dicemus, quae fides & quomodo iustificet.

Vides consilium diuini spiritus in scripturis, quam suauiter, quam blande erudiat pios, ut nihil aliud agat quam ut saluemur. Tota scriptura alias lex est, alias Euangelium, libri Mosi alias legem tradunt, alias Euangelium, adeoque Euangelium intra ipsam etiam legem abditum est. Quid enim magis euangelicum reperias quam promissio illa est, quam spiritus Dei pro ἀγαπῶν primūm praecipi subiecit. Faciens misericordiam in millia his qui diligunt me, & custodiunt praecpta mea. Et uide ex legislatore Mose, quomodo Euangelista, hoc est, gratiae & misericordiae praeco subito factus sit? cum inquit in Exodo cap. tricesimo quarto. Dominator domine deus, miserator & clemens, patiens & multae miserationis ac uerax, qui custodis misericordiam in millia, qui auferis iniquitatem, & scelera atque peccata, nullusque apud te per se innocens est. Da in omnibus noui testamenti literis

Discrimen  
librorum totius  
scripturae.

Exod. 34.

LEGIS AC EVANGE-

magis Euangelicam contentionem. Et ad hunc modum alias legem, alias Euangelium Mosaiâ libri docent. Nihil iam de figuris loquor, sed de ijs, quæ palam litera præ se fert. Nam illa potissimum spectanda sunt. Historiæ sacræ, alias legum, alias Euangelij exempla sunt. Nam ad leges haud dubie pertinet horrendus Saulis casus, ad Euangelium David, qui cum oppressisset Uriæ uxorem, tamē gratiam impetrauit, fuitque plane Euangelica uox, illa prophetae denuntiatio secunda Regum duodecimo. Dominus sustulit peccatum tuum, Non morieris. Ad eum modum de similibus exemplis iudicandum est. Prophetae legem docent, cum insectantur hypocrisin, cum impietatem securitatem, & hoc genus alia. Nam obscura uitia seu hypocrisin potissimum reprehendunt, Euangelium quoque denuntiant, quoties illis suis uisâsimis promissionibus de Christo erigunt labefactatas conscientias animant, atque ita implent, ut plane id Apostolicum sonare possit, Quis separabit nos à dilectione dei? Literæ Apostolicæ Matthæi, Marci, Lucæ, Iohannis, ad eundem modum alias legem, alias promissiones tradunt & in his exempla tum gratiæ, tum iræ dei. Zachei, Centurionis, Syrophoenissæ exempla misericordiam testantur. Phariseorum cæcitas et furor exemplum est iræ dei. Quanquam hoc differunt historiæ Apostolicæ à ueteribus, quod testantur exhi-

2 Reg 1  
+ Reg 31

2. Reg. xij.

bum Christum, quem ueteres tamen promiserant. Deinde promissiones de gratia iustitia, uita eterna claris explicant, quã illæ quondam Mosaicae aut prophetae literæ. Paulus Apostolus *Μοσαϊκὴς* euã Epistola ad gelium cum lege, peccatum cum gratia contulit, potissimum in epistola ad Roma. quam ego puto uniuersæ dex scripturæ uelut indicem quendam esse, καὶ καινοῦ. turæ. Reliquæ epistolæ cum pene *πραγματικαὶ* sint, ad legem pertinent, Quamquam nulla sit, in qua non alicubi attingat Euangelij rationes. Id quod per sese diligens lector anima auertet.

Hæc monuimus ob hoc potissimum, ut uulgatum illum errorem conuelleremus, quẽ de discrimine legis & euangelij ueteris & noui testamenti, prodiderunt impij Sophistæ Theologiæ professores, Mosi Christum successisse, nouamq; legem dedisse, que noua lex Euangelium uocetur, contineaturq; his capitibus que sunt Matthæi. 5. & 6. Inter Mosi legem, ac Christi hoc interesse, quod Mosi lex externa tantum opera, Christi lex etiam adfectus exigat, quasi uero Mosaica lex doceat, quandam hypocritam & pharisaicam iusticiam. Quid enim est aliud operum externorum simulatio, quã pharisaismus? Porro exigi à lege Mosaica affectus uel pphetae testentur, qui toties præcipiunt agnoscere deũ, timere deum, facere iudiciũ & iusticiam, que dabũt mihi fortasse sophistæ ante incar-

Epistola ad  
Roma. in  
dex scrip-  
turæ.

Impia The-  
ologia So-  
phistarum.

Quod lex  
mosi exigat  
adfectus.

LEGIS AC EVANGE

nationem & suorum temporū homines docuisse. Quid  
 autem illa Hieremiæ sentētia apertius, quam uelint no-  
 lint Sophistæ, referre oportet ad Mosi legē. Aut enim  
 cap. 7. Non sum locutus cum patribus uestris, & non  
 præcipi eis in die qua eduxi eos de terra ægypti, de  
 uerbo holocaustorum, & uictimarum, sed hoc uer-  
 bum præcipi eis dicens, Audite uocem meam, & ero  
 uobis deus, & uos eritis mihi populus. Dic Thomæ  
 quid in mentem uenerit, cur doceres Mosaicæ lege nihil  
 exigi præter pharisæismum, hoc est, externa opera  
 cum toties etiam Moses exigat nihil obscuris uerbis ad-  
 fectus. Et ut multos locos omittam, nonne uetat conas-  
 piscere rem alterius &c. Exodi. 20. Opus iam ante in-  
 terdixerat cum furari, cum mochari prohiberet. Da-  
 bis igitur de affectu aueri, ijs uerbis, Non cõpiscas  
 domum proximi tui, nec desyderabis uxorem eius,  
 non seruum &c. Et Deuter. 10. Et nunc Israel quid  
 dominus deus tuus petit à te, nisi ut timeas domum deũ  
 tuum, & ambules in uijs eius, & diligas eũ, ac serui-  
 as domino deo tuo, in toto corde tuo, & in tota anima  
 tua, custodiasq; mandata domini, & ceremonias eius,  
 quas ego hodie præcipio tibi, ut bene sit tibi. Et rur-  
 sus, Ciranda dicit preputium cordis uestri, & ceruicem  
 uestram ne induretis &c. Hoc genus in Mose sexcen-  
 tos locos reperias, ut nihil sit obscurum & adfectus  
 & opera à Mose exigat. Quanquam quatenus de iudi-

cap. 7. Non sum locutus cum patribus uestris, & non præcipi eis in die qua eduxi eos de terra ægypti, de uerbo holocaustorum, & uictimarum, sed hoc uerbum præcipi eis dicens, Audite uocem meam, & ero uobis deus, & uos eritis mihi populus.

Thomæ error.

Exodi. 20.

Deuter. 10.

Hic ostendit translatio.

Exodi. 12.

LII DISCRIMEN.

eius, de puniendis flagitijs publicis statuit, nam hypo-  
crisis humano iudicio coargui non potest, diuini ordi-  
natio est. Sic enim legis natura postulat.

Proinde exponit legem Christus, non enim potest  
predicari gratia sine lege, et phariseorum ac scriba-  
rum interpretatone reprehendit, cum a principio ait  
Non ingressuros in regnum caelorum, nisi nostra iustitia  
superet phariseorum ac scribarum iustitiam. Sic inter-  
pretabantur Pharisei, satisfactum legi, non occides,  
si manu caedem non faceres, Legi, non moechaberis,  
si alterius uxorem non comprimeres. Christus docet  
cordis affectus exigi a lege, non externam tantum ope-  
rum simulationem. Vetat enim lex concupiscere, Vin-  
dictam lex etiam prohibebat, adeoque exigebat inimi-  
cos diligere. Leuitica. 19. Non oderis fratrem tuum in cor-  
de tuo, sed publice argue eum, nec portes aduersum il-  
lum peccatum. Ne uindicta, nec memor esto iniurie fi-  
liorum populi tui, Diliges proximum tuum sicut te ip-  
sum, quod nescio an maluerit Hieronymus uertere  
amicum, sic enim in nostris codicibus legitur, cum uox he-  
braea magis cognatum signaret, et septuaginta inter-  
pretes uerterint, πλησιον, quos secutus est ad Ro-  
ma. 13. Paulus, ubi hanc ex lege parueniens citat. Est  
autem haec summa Mosaicae illae sententiae, ut inter se  
Iudaei ament, tum amicos, tum inimicos, ut bene me-  
reantur, etiam de male merentibus.

Christus ex-  
ponit legem

Leuit. 19.

Hieronymi  
translatio.

Roma. 13.

LEGIS AC EVANGELII

Esaie. 58. Adcedit huc aput Esaie. 58. Quod plane uetat uindictari, & exigit amorem etiam inimicorum. Et Prover. 20. uerbi. 20. Ne dicas reddam malum pro malo expecta dominum & liberabit te.

Iam in lege, quod ego sciam, nusquam reperias hæc uerba, Odio habebis inimicum tuum, ut satis adpareat, non legis sententiam, sed pharisaicam traditionem CHRISTVM retulisse, ut damnaret. De Chananæis acceperat Iudæi præceptum, ut eos perderet. Exodi. 23. quorsum adlusisse Christum nonnulli opinantur, cū ait dictum esse de persecūdis inimias. Quod si uerum est, quid aliud dicemus uoluisse Christum, quàm ut reuelato Euangelio, & diruto interstitio maneræ, ut Paulus ait, & sublato inductoq; discrimine gentium ac Iudæorum, sicut antea Iudæis Iudæos diligere, tum amicos, tum inimicos mandatum fuerat, ita nos tum gentes tum Iudæos, cum amicos tum inimicos diligeremus. Quod de Chananæis præceptum est. ad omnes gentes pertinet, oppugnantes Israelem. Nam huic populo præceptum erat armis legem tueri. Huc pertinet quod de fœnore decretum est, exteris fœnerandum, non cognatis. Nunc cum nulli sint exteri, omnes cognati, in uniuersum interdictum est fœnus. Quamquam negari non potest, quin aliqua in lege nouarit Christus, quale illud est de diuortio, quale ut est, quod cum Iudæis præceptum fuerit gladio legalis

Sic & de loco Leuit. 26. Persequemini inimicos uestris &c. iudicandum est.



defendere, Euangelium non uult Christus armis de-  
fendi, & Petro ait: Conuerte gladium in locum suum  
qui gladium acceperit, gladio peribit. Nam Euange-  
lium spiritus iusticiam tamen iradit, que gladio ex-  
torqueri hominibus non potest, sicut ciuilibus iusticia. Ta-  
men non est Christi primarium ac proprium officium  
legem condere, sed gratiam donare. Moses legum la-  
tor est & iudex, Christus saluator, sicut ipse de sese te-  
statur iohā. 3. Non misit deus filium suum in mundum,  
ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ip-  
sum. Lex damnat, quandoquidem per nos ei satis fie-  
ri nequit. Christus gratiam peccati donat credentibus  
Sæpe quidem legem etiam Christus predicat, quod si-  
ne lege peccatum cognoscere non possit, quod nisi sentia-  
mus, uim gratiæ & amplitudinem non intelligemus.  
Proinde simul & lex & Euangelium predicari de-  
bet, ostendi debent & peccatum & gratia. Duo Che-  
rubim arce impositi erant. lex & euangelium, quare  
fieri nequit, ut Euangelium sine lege, legem sine Euan-  
gelio recte aut foeliater doceas. Et ut cum Euangelio  
Christus legem coniunxit, ita cum lege Euangelium, Pro-  
phete. Habes huius rei exempla etiā in Apostolorum  
contionibus in actis. In primis autem epistolas Pauli  
omnes, in quibus serè primum de ratione Euangelij dis-  
serit, postea paraneses prescribit.

# LEGIS AC EVANGELII

## DE .VI. LEGIS.



Vangelium non esse legem, sed pro-  
missionem gratie diximus, nunc  
superest, ut quæ legis, quæ Euan-  
gelij uis sit ut auct. doceamus. Nam  
hinc legis & euangelij discrimen  
aliqua ex parte cognoscere poterit, Ac principio quidem  
de uis legis uariat scriptura, ab humana ratioe. Scrip-  
tura legem uocat uirtutem iræ, peccati, scæptum exa-  
ctoris, fulmen, tonitru. Ratio humana, emendationem  
uittorum & doctrinam uiuendi, sic enim uocat Cice-  
ro de legibus. Et nihil uulgo laudibus legum celebra-  
tius est, ut carni uideri possit etiam insanire Paulus, cū  
uirtutem peccati legem uocat. Sic Iudæi Iohan. 9. cum  
se Mosis discipulos profiterentur, agnoscere Christum  
nolunt. Proinde ut de uis legis exacte disputemus, duo  
hominum genera inter se conferamus.

Hypocri-  
stis humana  
iustitia.

Ex primo genere sunt qui legem carnaliter intelli-  
gunt, nec sentiunt exigere impossibilia cæci, qui nec  
peccatum, nec legem, nec iustitiam uident. Sunt autem  
hypocrite, Sophiste omnium seculorum. Huiusmo-  
di iustitia. Paulus uocat iustitiam ex operibus legis,  
nempe eorum qui cum legem audiunt, facere adgredi-  
untur suis operibus, & ad legem adferunt manus.

## LII DISCRIMEN.

pedes, os: cor autem non adferunt, mallet enim sine lege esse, quantumvis sibi sancti uideantur. Adhuc placent uoluptates, opes, honor. Hi quales sunt nemo melius quam spiritus dei dixerit. Principio fide carent, hoc est, cor eorum nihil intelligit Dei, et ut scriptura loquitur, Deum non requirit, hoc est, non magnificat sed contemnit. Deinde declinant, iuxta Psal. decimo tertio, id est, cum nec timeant deum, nec credant deo, ad sua consilia deflectunt, contempto Deo, per quae sibi aut ad opes, aut ad dignitates uiam faciunt. Praeterea etiam suis operibus conantur se iustificare, cuiusmodi operarios iniquitatis scriptura saepe perstringit. Psal. quinto, à Davide describuntur hypocritae ad hunc modum, quod non sit in ore eorum rectum, candor, quod interiora sint uacuitas, quod guttur eorum sit patens uorago. Cum hoc hominum genere nihil est legi negocij. Nam est falso et carnali intellectu legis uiuunt, quare in eis efficere id non potest lex, quod debebat. Sed ipsi sibi ex lege, idola, imagines masculinas, et carnalium uirtutum umbras fingunt. Trabuntur enim ad simulanda bona opera carnali quodam affectu, uel poenae metu, uel comodi studio, stulte securi cum non uideant morbum animi sui. Estque huius generis incredibilis superbia, tumor, pertinacia φιλαυτία. Tantum abest ut legi satis faciant, ut nulli longius à lege absint.

Huiusmodi est Phariseus ille Lucae. XV III.

## LEGIS AC EVANGELII

qui ait: non sum sicut ceteri homines. Et Esaias describit ebrios Ephraim cap. 28. percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Et Hier. 6. Erubescere nescierunt. Et Matth. 7. Operarij iniquitatis. Qualem se fuisse testatur Paulus priusquam converteretur, Roma, 7. Ego aliquando sine lege uixi, id est, fuit aliquod tempus cum uiderer mihi legem egregie præstare, cum uincerem hypocrisis operum etiam omnes æquales meos, non enim arguebat me, non accusabat, non damnabat tum lex. Et tales quidem omnes homines sunt, qui per uires naturæ pro captu rationis legem exprimere conantur, cum nec legem nec uires suas intellegant. Atq; hi sunt qui Mosi tergum tantum, qui Mosi uelatam tamen faciem contemplantur, ut uult Paulus in posteriore ad Corinthios, ubi à Iudeis negat intelligi posse iusticiam euangelicam, quod corde uelato contueantur Mosen, hoc est, quid exigat lex, quàm nos nihil nisi peccatum & male dictum simus, per legem non uident.

Et hæc tenus quidem de his qui per uires naturæ pro facultate rationis humanæ tentant legem, qui quales sint, à suo corde quisq; poterit æstimare, Ad hos non pertinent proprie hæc Pauli sententiæ, Lex uirtus iræ, uirtus peccati, ministratio mortis &c. Quanquã his etiam lex danmo sit, quod ex ea idolum sibi faciunt, deinde nihil non operentur cum ineffabili quæ-

dam cordis tum superbia tum molestia.

Ex altero genere sunt, ad quos hæc sententiæ, Lex uirtus peccati, uirtus iræ &c. pertinent, quibus legē Deus reuelat, ostenditq; corda, & quos sensu peccati sui terret Deus & confundit. Hi demum sunt in quibus per legem deus operatur. In hypocritis nihil agit lex sed ipsi quandam legis umbram, umbra quadam hypocritice iustitiæ referunt. In his uere ac proprie lex agit quibus ostenditur peccatum. Quod quia uere fit, à Deo fit, & uocat hoc opus scriptura, iudiciū, iram Dei, furorem Dei, adfectum uultum iræ &c. Psal. nonagesimo sexto. Iudiciū correctio sedis eius, Ignis ante ipsum præcedet, & inflāmabit in arcu inimicos eius. Alluxerunt fulgura eius orbi terræ, uidit & commota est terra. Montes sicut cera fluxerunt à facie domini, à facie domini omnis terra. Psal. septuagesimo quinto. De cælo auditum fecisti iudiciū, terra tremuit & quieuit. Et Zachariæ tertio. Sileat omnis caro à facie domini, Esaiæ undecimo. Percutiet terram uirga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium Abacuk tertio. Aspexit & dissoluit gentes, & contriti sunt montes seculi. Quanquam quid attinet multa congerere, cum hæc plane altera scripturæ pars sit, Lex & legis opus occidere & dānare, ostendere radicem peccati nostri & confundere. Mortificat non auaritiā tantum aut libidinem, sed caput omnium malo



LEGIS AC EVANGELII

Virtutes  
theologicæ

rum amorem nostri, iudicium rationis, & quicquid  
boni sibi videtur habere natura. Hic adparebit quã  
puteant uirtutes morales, quã sunt pollutus menstruo  
pannus, iustitiæ sanctorum. Quandoquidem etiã Mo  
sen exclamare oportuit. Corã te ne innocens quidem  
est innocens. Et Naum, Mundans non faciet innocen-  
tem. Et Dauid Ne intres in iudicium cum seruo tuo. Et  
Domine ne in furore tuo arguas me. Et Esaie. tricesi-  
mo octauo. Ezechias, Quasi leo contriuit omnia ossa  
mea. Et hoc est, quod paradissime dixit, ut solet omnia  
Ioannes. Per Moſen lex data est, gratia & ueritas  
per Iesum Christum facta est. Veritas hypocrisi, gra-  
tia furori Dei opponitur. Proinde, cū per Iesum Chri-  
stum gratia id est, misericordia & fauor Dei partus  
sit, & uerax in corde nostro iustitia, neesse est ut lex  
hypocrisis tantum auctor sit, cum coheret inuitos et  
frementes aduersus deum, & iræ, cum damnat nos

Sic Paulus ad Roma. septimo. ubi de reos.  
in legis diligentissime disseruit. Peccatum non cognoui  
nisi per legem. Nam concupiscentiã nesciebam, nisi lex  
diceret, Non concupisces, Idem cap. tertio. per legem co-  
gnitio peccati, quasi dicat, hypocritis falso persuasum,  
parari lege iustitiã, cum lex tantum ostendat cor di pec-  
catum. Deinde occasione accepta peccatum per manda-  
tum in me operatum est omnem concupiscentiam. Id est,  
ubi cœpi legis onus sentire, adeo nihil profectum est



## LEGIS AC EVANGELII

fragatores eos locos qui sunt in alias sparsi epistolas.

In priore ad Corinth. Auleus mortis peccatū, potentia uero peccati lex, non enim confunderet, non terret peccatum, nisi lege ostenderetur nobis, adeoq; nō esset efficax peccatum, nisi per legem esset exātatū & ostensum. Ita nec mors efficax esset, nisi peccati uiribus & opera terreret nos. In posteriore ad Corinth. cap. tertio. discernitur lex à spiritu, ad hunc modum. Sufficiētia nostra ex deo est, qui & idoneos nos facit, ministros noui testamenti, non literæ, sed spiritus. Litera enim occidit, spiritus autem uiuificat. Et quid literam, quid spiritum uocet, sequentia clarius docent, cū ait, Quod si ministratio mortis literis deformata in saeculis fuit in gloria, adeo ut non possent oculos intendere filij Israel in faciem Mosi, propter gloriam uultus eius, quæ aboletur, cur non potius administratio spiritus erit in gloria? Ministratio mortis lex est, quæ ostenso reuelatq; peccato, confundit, conterret, & occidit conscientiam. Ministratio spiritus euangelii est, ut postea dicemus, quod consolatur, erigit, animat, uiuificat ante pauesactas mentes.

In tertio capite Epistolæ ad Galatas cum longa disputatione docuisset apostolus, non parari solius legis adminiculo iustitiam, addit id quod obijci posse nō mepte uidebatur. Quid igitur lex? id est, si nō profuit ad parādā iustitiam, quæso quis eius fuit usus? Propter



## LII DISCRIMEN.

transgressiones, inquit, lex tradita est, id est ut augetur praeuariatio. Auget enim cognitio peccati, peccatum, cum quod implacabilius seuiat, cum cohercetur, tum quod indigne fert natura se confundi, et irascitur diuino iudicio.

Hanc esse uim legis etiam docent typi scripturae plerique. Exod. de aëmonono, cum legem esset laturus deus, terrebatur mirifice populus, tonitru, fumo, fulgore, nubibus, clangore buccinae, et quibus non horrendis spectris? quae omnia percussae consuetudine terriculamenta designant. An non uox populi, consuetudine labefactatae uox est? cum inquit, Non loquatur dominus nobis, ne forte moriamur. Et populum quidem sic consternatum mire subleuat Moses, non iam legis minister, sed Euangelista, cum ait: Nolite timere ut enim probaret uos uenit deus, et ut terror illius esset in uobis, et non peccaretis. O euangelicam plane uocem Mosi, quam nisi audiat consuetudine, quomodo sustinebit illum horrèdum uultum iudicis? Sed de Euangelica consolatione postea dicemus.

Iam è Mosi facie lux resplenduit, ut perstringeretur populo oculi. Id quod in causa fuit, cur deinceps non nisi uelata facie sese populo ostenderet. Non enim ferunt fulgorem diuinae lucis, oculi aut mentes humanae. In summa, fulgor, facies in monte, splendor in facie Mosi, plane indicant, ut cum Paulo loquar, gloriam

LEGIS AC EVANGE.

dei qua cor humanum Deus confundit. Iudicium dei  
est ista peccati cognitio. Cedant hinc Sophisticæ attri-  
tiones. et simulatæ contritiones, cedant austeritate  
conscientiæ hypocritarum. Hic profunda cordis de-  
us scrutatur. Tantum abest enim ut ratio humana ui-  
deat peccatum suum, ut sanctos etiam et plenos spi-  
ritu oporteat pro ignorantibus supplicare. Exclamat  
David, Delicta quis intelligit? Et ignorantias meas  
ne memineris, et hoc genus multa alias. Hierem. cap.  
decimo septimo. prauum et inscrutabile ait esse cor ho-  
minis, Ego dominus scrutans cor et probans renes  
Et cap. trigesimo primo. Castigasti me domine et eris  
ditus sum, quasi iuuenaulus indomitus. Conuerte me, et  
conuertar, quia tu dominus deus meus. Post quã enim  
conuertisti me egi poenitentiam, et postquam ostendi-  
sti mihi, percussi femur meum. Confusus sum et eru-  
bui, quom sustinui ignominiam pueritiæ meæ. Et quis  
est, qui se legem adsecutum putet, cum præcipiatur ut  
nos metipsos abnegemus. Matthæi de anno sexto. In  
summa, proprium legis opus est peccati reuelatio, aut  
ut clarius dicã peccati conscientia, et ut Paulus uocat  
Chirographũ in dogmatibus, quod aduersatur nobis  
Sic enim Paulus multo elegantius, multo certius definiit  
conscientiam quã Sophisticæ sententiarij, qui nescio quot  
præcticos syllogismos cõcipiunt, dũ uocabulũ conscientie  
describant. Quid enim aliud est conscientia peccati.

Quid cõsa  
entia.

## LEGIS AC EVANGE

q̄ legis sententia, in corde ostendens peccatum nostrum  
 Nam quod Paulus ait in Coloss. Epistola  $\chi\epsilon\rho\theta\omicron\gamma\epsilon\alpha$   
 $\phi\omicron\nu\tau\omicron\iota\sigma\ \delta\omicron\gamma\mu\epsilon\sigma\iota\nu$ ,  $\delta\ \eta\nu\ \upsilon\pi\epsilon\nu\alpha\nu\tau\iota\omicron\nu\ \eta\mu\iota\nu$   
 vult conscientiam chirographum esse. idque in decre-  
 tis, id est, quod per decreta, per legem aduersatur  
 nobis.

Habes legis opus esse, reuelationem peccati, por-  
 ro cum peccatum nomine omnia genera peccati comple-  
 ctor, externa, interna, hypocrisin, incredulitatē, amo-  
 rem nostri, contemptum seu ignoracionem Dei, ipsas  
 scilicet radices omnium humanorum operum. Et in iu-  
 stificandis quidem peccatoribus, primum hoc opus dei  
 est, reuelare peccatum nostrum. confundere conscien-  
 tiam nostram, paucifacere, terrere, breuiter damnare,  
 ut exemplum indicat Hieremie quod paulo ante cita-  
 ui. Et ait Paulus. Ego per legem legi mortuus sum. Et  
 Dauid secundo Regum duodecimo, increpatione Pro-  
 phete confusus exclamat, Peccavi domino. Et tertio  
 Regum uigesimo prima. Achab diruxit uestem &c.  
 Et ut ait Scriptura, ambulauit demisso capite. Et in  
 secundo Paralip. capite trigesimo tertio scribitur de Ma-  
 nasse, quod sit coangustatus, utendum est enim scriptu-  
 re uerbo. Et in secundo capite historiae Apostoli-  
 ce, his auditis compuncti sunt corde. Hic satis  
 sit monuisse hoc opus legis initium esse pœnitentiæ, quo  
 spiritus Dei terrere ac confundere conscientias solet,

Principiū  
pœnitentiæ

## LEGIS AC EVANGELII

Nam natura per sese peccati foeditatem non potest cognoscere, tantum abest, ut odisse possit. Animalis enim homo non sentit ea quae sunt Dei. Et ad Rom. octavo Caro adhaeret ea quae carnis sunt. Haec de poenitentiae incho tractant sophistae in quarto sententiarum, nos hic uelut in uestrulo nostri operis. Nam iustificationem hominis, adeoque uerum baptismum auspicatur mortificatio, iudicium, confusio, quae fit à spiritu Dei per legem. Et sicut hinc nempe à peccati cognitione uita christiana auspicanda est, ita à legis officio christiana doctrina auspicanda est.

Timor seru-  
uilis.  
Timor fili-  
alis.

Non est operae praecium disputare, sit ne hic timor seruilis, an, ut uocant, filialis. Permittamus hoc genus disceptationis odiosis ingenijs. Quanquam hac de re plerique sic disputant, ut satis adpareat eos neque quid seruilis, neque quid filiorum metus sit intelligere. Certum est, odio peccati tangi neminem posse, nisi per spiritum sanctum, certum item est sic conterritos fugere uultum Dei, et conspectum, nisi spiritus Dei retrahantur, reuocentur ac confirmentur, ut clament cum Paulo, Domine quid uis me facere. Fugere conspectum dei conterritos lege, docet historia in Exodo, cum appellat Moyses populus. Non loquatur dominus nobis ne forte moriamur. Et David psalmo centesimo trigesimo octavo. Quo ibo à spiritu tuo, et quo à facie tua fugiam? Extant testimonia

## LII DISCRIMEN.

abunde multa huius loci in scripturis, mihi satis uisum est hanc monuisse, quo discrimen legis & Euangelij artus teneretur. Vides autem quantum inter simulatam poenitentiam & ueram inter sit.

## DE VI EVANGELII.



Vos ad eum modum terruit conscientia, hi haud dubie ad desperationem adigerentur, id, quod in damnatis usu uenit, nisi promissione gratiae ac misericordiae Dei (nam Euangelium diu constat) subleuarentur & erigerentur. Hic si credat adflicta conscientia promissioni gratiae in CHRISTO, fide resuscitatur & uiuificatur, id quod mirificae declarabunt exempla.

In Genesi capite tertio, Poenitentia peccatum & iustificatio Adae describitur. Postquam deliquissent Adae & Heua, & iam nuditati suae tegmen ac  $\pi\epsilon\pi\iota\zeta\omega$   $\mu\epsilon\tau\alpha$  quererent. Sic enim solemus hypocritae, conscientijs mederi per satisfactiones nostras, compellantur à domino. Ea uero uox intolerabilis erat. Hic nihil perizonata, nullus praetextus excusabat peccatum. Iacet conuicta, iacet rea conscientia, peccato ob oculos posito per uocem Dei. Fugunt & causam fugae exponit Adam, cum inquit, Vocem tuam domine audiui

## LEGIS AC EVANGE

in paradiso, et tunc eo quod nudus essem. Ecce confes-  
 sionem, ἐκού ξομελόλισιν conscientiae. Interim  
 Adam misere se cum luctatur, donec audit promissio-  
 nem misericordiae uocem de uxore dictam. Semē eius  
 conteret caput serpentis. Nonnihil faciebat ad con-  
 firmandas eorum conscientias etiam quod dominus  
 eos uestiit, haud dubia significatione incarnationis  
 Christi, nam ea cito tandem operit nuditatem no-  
 strā et eximit confusionem pauē tibus conscientijs: nē  
 pe, inquam opprobria exprobrātum inādere. Psal.  
 sexagesimo octauo. Paulo ante Davidis meminimus, ut  
 uoce Nathan prophetae confusus sit. Et periisset ille  
 quidem, ni statim Euangelium audisset. Dominus sustu-  
 lit peccatum tuum, non morieris. Sunt qui putant in  
 ueteris instrumentum historijs prae ter allegorias nihil  
 requirendum. Sed hic uides quantum sit eruditionis  
 in uno hoc Davidis exemplo. si solam literam consy-  
 deres immo ea sola est spectanda, in qua admirae tum  
 misericordiae suae spiritus Dei nobis large exhibuit.  
 Quae uox magis Euangelica cogitari potuit q̄ haec? Do-  
 minus sustulit peccatum tuum. An non haec summa est  
 Euangelij, seu praedicationis noui testamenti? Sublatum  
 esse peccatum. Adde his si uoles acruum historicarum  
 Euangeliarū Luc. a septimo. Mulier peccatrix la-  
 crumis lauat pedes domini, quam consolatur his uer-  
 bis, Remittuntur tibi peccata. Et quid uulgatus filij pro

in hunc  
 d. i. p.

digni historia Lucae decimo quinto. confitentis delictum  
 suum, quem pater q̄ amanter exapit, cōplectitur os au-  
 latur &c. Lucae quinto. Petrus stupefactus miraculo,  
 adeoque perculsus corde exclamat, Exi à me domine,  
 quia homo peccator sum. Quem consolatur & reuocat  
 Christus, cum inquit, Noli timere &c. Ex his exēplis  
 credo posse intelligi, quid inter legem & Euangelium  
 intersit, quæ uis sit legis, quæ Euangelij. Lex terret.  
 Euangelium consolatur. Lex iræ uox est & mortis.  
 Euangelium pacis & uitæ, & in summa uox sponsi  
 & sponsæ, sicut Propheta dicit, Et qui sic crectus uo-  
 ce Euangelij credit Deo, is iam iustificatus est, ut mox  
 copiosius dicam. Non est obsacrum Christianis, quātū  
 gaudij, quātū lætiæ ista consolatio adferat, Atque huc  
 pertinet læta illæ prophetarum uoces, quibus descri-  
 bunt Christum & ecclesiam. Esaiæ trigesimo secun-  
 do. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, &  
 in tabernaculis fiducia & in rege opulenta. Item gau-  
 dium & lætiā inuenietur in ea & uox laudis, Hiere-  
 mie trigesimo tertio. Reuelabo illis de preceationē pa-  
 cis & ueritatis, & erit mihi in nomen & in gaudium  
 & laudem & exultationem cunctis gentibus terræ. So-  
 phoniæ tertio. Reddam populis labium electum, ut in-  
 uocent omnes nomen domini, Psalmo uigesimo. Letifi-  
 cabis cum gaudio &c. Et nonogesimo sexto. Lux orta  
 est iusto & rectis a rde lætiā.

Iustificatio  
 quid

## LEGIS EVANGELII

Et quid attinet multa contingerere, cum ex promulgatione legis, item ex Christi aduentu satis adpareat, tum legis, tum Evangelii uis. Etenim quam terribili spectacula lex promulgata sit, describitur Exodi capite de amonno, et nos paulo ante recensuimus, Sicut enim tum Israellem terrebat Dominus ita singulorum conscientie terrentur uoce legis, et una cum Israele clamant, Non loquatur nobis dominus, ne moriamur, Exigit lex impossibilia, coarguitur peccati reus conscientia. Hinc pavor, confusio, sic exercent conscientiam, ut remedij nihil usquam adpareat, nisi ipse qui humiliavit erigat.

Sunt qui suis uiribus, conatibus, operibus ac satisfactio- nibus quaerunt consolationem. Sed hi non plus efficiunt, quam effecerat Adam suis perizoniis. Ita sunt qui se peccato sui arbitrij uiribus, opponunt: eos subinde miserabilis uere, res ipsa docet. Fallax enim equus ad salutem, in abundantia uirtutis suae non saluabitur, Psalmo trigesimo secundo. Et, Da nobis auxiliu Domine, quia uana salus hominum, Psalmo centesimo septimo. Contra Christi aduentus describitur a Prophe- ta Zacharia nono. Exulta filia Zion, iubila filia Ieru- salem, Cae rex tuus uenit tibi iustus et saluator, ipse pauper. Primum cum iubet exultare, docet aliud esse uerbum huius regis, quam lex sit, adeoque exprimit conscientiae gaudium, exultantis ubi audierit uerbu gra



LII DISCRIMEN.

tie, Deinde nihil tumulti est, sed placida omnia, ut intel-  
ligis auctorem pacis esse, non irae, hoc est quod paupere  
rem uocat Zacharias, quod Euangelista uelut expo-  
nens fecit mansuetum. Et Esaias eodem spectat capite  
quadragesimo secundo. Calamum quassatum non con-  
fringet, linum fumigans non extinguet.

Sic confert Mosi uultum, cum Christi uultu Apo-  
stolus in posteriore ad Corinthios, Terrebat Moses  
fulgore uultus ut supra monuimus. Quis enim iudi-  
cij diuini maiestatem ferat, cum id propheta etiam de-  
precetur. Ne intres in iudicium cum seruo tuo. Chri-  
sti gloriam cum in Thabor uident discipuli, quam no-  
uo, quam admirando gaudio perfunduntur, ita ut igna-  
rus sui Petrus clamaret, Domine bonum est nos hic  
esse, faciamus tria tabernacula. Hic enim ad spectus  
est gratiae et misericordiae Dei. Sicut aheni serpen-  
tis conspectus seruabat, ita seruantur qui defixos in  
Christum oculos fidei habent, Ioannis tertio: ideo ap-  
tissimo nomine ἡ ἀγγελίον dixerunt Apostoli, 1a

Et Demos-  
the. pro  
Ctesiphon-  
te dixit

ἀγγελίον  
ἀγγελίον  
pro bene  
preccante.

Anno M. D. XXIII.

Faint, illegible text in a single column, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Second block of faint, illegible text, also appearing to be bleed-through from the reverse side.








52  $\frac{15}{9,28}$

AB 52  $\frac{15}{9,28}$

Hc 257 f




8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
19  
18  
17  
16  
15  
14  
13  
12  
11  
10  
9  
8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8

Centimetres

**Farbkarte #13**

**B.I.G.**

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue



IN OB-

SCURIORA ALI-  
Q VOT CAPITA  
GENESEOS PHI  
LIP. MELANC.  
ANNOTATA-  
TIONES.

*Argentorati.*

ANNO. M. D.

XXIII.

*De Discrimine Legis  
et Evangelii.*

CLEOPA

